St. Gr. b. 358

Antonin



Digitized by Google

Aut. Gr. Vet. 203. p. 685.

Digitized by Google

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΙΒ'.

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
COMMENTARIORUM,
QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,
LIBRI DUODECIM.

GRAECA AD CODICUM MANUSCRIPTORUM FIDEM
EMENDAVIT,
NOTATIONEM VARIETATIS LECTIONUM
ET INTERPRETATIONEM LATINAM CASTIGATAM
ADJUNXIT,
GATAKERI ALIORUMQUE NOTAS
CUM
SUIS ANIMADVERSIONIBUS
INDICIBUSQUE LOCUPLETISSIMIS
ADJECIT
JOANNES MATTHIAS SCHULTZ.

VOLUMEN PRIMUM,
ANTONINI TEXTUM GRAECUM, INTERPRETATIONEM LATINAM ET LECTIONUM VARIETATEM CONTINENS.

SLESVICI,
SUMTIBUS JOANNIS GOTTLOBII ROEHSS.
MDCCCII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

DUUMVIRIS

PERILLUSTRIBUS, GENEROSISSIMIS

ET

EXCELLENTISSIMIS

CAJO FRIDERICO
COMITI DE REVENTLOV

ET

CHRISTIANO GUNTHERO
COMITI DE BERNSTORFF

MAGNIS CHRISTIANI VII. AMICIS

PATRONIS SUIS INDULGENTISSIMIS
AC PIE COLENDIS

NOVAM HANC ANTONINI EDITIONEM

D. D. D.

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quamquam, VIRI PERILLUSTRES et EXCELLENTISSIMI, non una erat cauſa, cur hoc quidquid eſt ſtudii a me in curanda hac Antonini Editione collocatum tantorum Virorum conſpectum vereri poſſet; tamen, omnibus ponderatis rationibus, pudorem et a natura mihi inſitum et humanitatis literis excultum vincere atque ſplendidis VESTRIS nominibus opuſculum hoc inſcribere decrevi. Vehementer enim jam dudum optavi, ut ſummae illius obſervantiae et reverentiae, quam inſigni utriusque VESTRUM in me humanitati debeo, exſtaret monumentum, idque ſplendore VESTRO non omnino indignum. Nolui igitur vehementem animi impetum, quotidie me ſtimulis agitantem, ut tandem aliquando gratias pro multis magnisque VESTRIS in me collatis beneficiis agerem publiceque declararem, diutius reprimere. Etſi enim ſatis intelligebam,

Digitized by Google

quam levis eſſet opera et nullo fere loco habenda, quam in Antonino edendo collocaviſſem, tamen ea viſa eſt ipſius libelli praeſtantia eaque Divi auctoris majeſtas, ut certo confiderem, VOS non poſſe pudere, in tanti Principis eſſe comitatu. Praeterea quoque juſtitiae ratio, qua ſuum cuique tribuere jubemur, exigebat, ut haec Antonini Editio VOBIS traderetur. VESTRUM enim eſt VESTROque debetur ſtudio, quidquid nitoris huic novae Editioni accefferit, VESTRO in bonas literas amori, VESTRAE humanitati atque benevolentiae. Non vero jam loquor de ſummis VESTRIS in Patriam meritis, non de ſingularibus animi et ingenii virtutibus, quibus uterque VESTRUM immortalem illius Viri, quocum aut ſanguis aut affinitas VOS junxit, gloriam aemulatur, non denique de egregia illa prudentia et moderatione, qua nobis pacem tamdiu ſervaſtis, bellumque ab oris noſtris nuper profligaſtis; quae quidem omnia tanta ſunt, ut nec poſſint nec velint

Digitized by Google

niſi a laudatis laudari: ſed hoc ſolum publice profiteor, inter tot tantasque, quibus premebar, muneris laborioſiſſimi moleſtias mihi opus fuiſſe REVENTLOVIIS ac BERNSTORFFIIS, ut, quod coeperam, demum perficerem. TU enim, PERILLUSTRIS et GENEROSISSIME REVENTLOVI, non tantum theſaurum literarium Havnienſem mihi, homini obſcuro, liberaliter recluſiſti, ſed etiam ſingularibus favoris TUI atque humanitatis pignoribus animum ſubinde vacillantem roboraſti ad opus continuandum et demum, ut poteram, conficiendum; TU vero, PERILLUSTRIS et GENEROSISSIME BERNSTORFFI, eximia TUA liberalitate ac munificentia aditum mihi aperuiſti ad fontes literarios, quibus Italia ſuperbit, atque inter medios terrores belli funeſtiſſimi, quod foecundiſſimas atque amoeniſſimas Europae partes devaſtabat, ſupellectilem literariam, quae ad Antoninum meum comparata erat, incolumem atque intactam ad me adferendam curaſti.

Tantum igitur quum fuerit utriusque VESTRUM in me et Antoninum meum ſtudium: quis eſt, quin videat, quidquid boni novae huic Editioni inſit, id VESTRO praecipue ſtudio deberi, quidquid autem naevorum, id meae ſolius culpae tribuendum eſſe? Multos vero atque magnos adhuc naevos reſidere, qui eſſent tollendi, facile largior, et hoc tantum opto, ne tot atque tanti remanſerint, ut VOS unquam poeniteat, ſtudia mea adjuviſſe.

Quod reliquum eſt, VOBIS, COMITES PERILLUSTRES atque GENEROSISSIMIS VESTRIS GENTIBUS res ſecundiſſimas, et quidquid verorum bonorum obtingere poteſt mortalibus, precor.

NOMINIBUS VESTRIS
PERILLUSTRIBUS
GENEROSISSIMIS
EXCELLENTISSIMIS

DEVOTE ADDICTUS
JOANNES MATTHIAS SCHULTZ.

PRAEFATIO
NOVI EDITORIS.

Tria omnino esse, quorum is, qui in vetere aliquo Scriptore edendo operae pretium facere velit, rationem habere debeat, recte monuit Clarissimus WYTTENBACH in erudita Praefatione Moralibus Plutarchi praefixa: primum scilicet, utrum liber dignus sit, qui edatur: alterum, digna auctore editio utrum exstet, an desideretur: tertium, an ipse perficiundae editioni idoneus sit editor. His igitur tribus explicandis quum omne praefandi munus absolvatur, de unoquoque horum trium et mihi pauca erunt dicenda.

Ad primum igitur quod adtinet, neminem facile reperiri puto, qui neget, *Marci Aurelii Antonini* Commentarios, qui τὰ εἰς ἑαυτὸν inscripti ad nostra pervenerunt tempora, dignos esse, qui ab omnibus literarum

humanarum ſtudioſis ſaepiſſime legantur, ne dicam, ediſcantur, atque igitur et optime et quam emendatiſſime edantur. Poſſem hic quidem, quum res ipſa ita ferre videatur, in Antonini mei laudes exſpatiari: quo minus tamen hac opportunitate utar ad Scriptorem, cujus edendi curam ſuſcepi, celebrandum, ejus rei plures, et, ut opinor, idoneas habeo cauſas: primam, quod Clariſſimus MEINERS in Commentatione *de Marci Aurelii Antonini ingenio, moribus et ſcriptis*, quae Commentariorum Regiae Societat. Literar. Goetting. Tomo VI. inſerta eſt, tam erudite et eleganter de hac re disputavit, ut omnis mihi materia praerepta videatur: alteram, quod neminem eorum, quorum in manus haec noſtra Editio venerit, tam rudem omnium literarum futurum arbitror, quin ſciat, Antoninum Imperatorem, eundem et Philoſophum praeſtantiſſimum, in aureolo hoc libello graviſſima quaeque tractaſſe argumenta, ſibique ſanctiſſima illius ſcholae decreta inculcaſſe, quae omnes omnium temporum homines in admirationem ſui vel invitos rapuit: tertiam, quod ſufficere cenſeo ad Antonini laudes celebrandas Teſtimonia ſcriptorum veterum et recentiorum, quae ad calcem hujus Praefationis ex Gatakeri Editione repetere viſum eſt.

Ad alterum vero quod adtinet, utrum jam talis exſtet hujus libri Editio, ut nova ſine damno carere poſſimus, eo brevior hic ero, quod in iis, quae ſequuntur, Prolegomenis prolixius de ſingulis Editionibus disputavi:

ex

ex quibus apparebit, non talem nos habere ejus libri Editionem, quae et parabilis et uſui apta ſit. Optima enim, quae *Th. Gatakeri* ſtudio debetur, Editio cum perrara repertu eſt, ſaltem in noſtris regionibus, tum non omnino talis, qualem optare fas eſt. Eorum vero, qui poſt Gatakerum hunc librum evulgarunt, nemo probabili ſubſidiorum apparatu ad Antoninum recenſendum, et a naevis, quibus ſcatebat, perpurgandum acceſſit, praeter Gallicum Editorem *De Joly:* quem tamen in hac opera non eam, quam par erat, adhibuiſſe diligentiam inter omnes conſtat.

Ad tertium denique quod adtinet, utrum ego is ſim, abs quo parari poſſit probabilis Antonini Editio, de eo penes alios judicium eſto! Equidem, quamquam omni ſtudio in id incubui, ut diligentiae certe laude non omnino indignus viderer, tamen opere perfecto probe intelligo, multa huic Editioni deeſſe, quae ad probam requirantur atque omnibus numeris abſolutam, immo multa ineſſe, quae jure meritoque reprehendi poſſint. Ne vero ab aequis lectoribus bonique conſulentibus nimiae temeritatis in Editoris munere ſuscipiendo arguar, liceat mihi, qua occaſione in hanc cogitationem devenerim, quid conſilii ceperim, et qua ratione id exſequi ſtuduerim, prolixius exponere.

Quum ante ſeptem annos, et quod excurrit, in Hiſtoria Philoſophiae maximo cum ſtudio verſarer, nulla inter Graecorum Philoſophorum ſcholas me magis capie-

bat,

bat, quam Stoica, cujus igitur monumenta, quae ſupererant omnia, conquirere et tractare conſtituebam. Inter alios vero diſciplinae Stoicae ſcriptores Antoninus mihi ita eminere videbatur, ut ſaepe mirarer, libellum ejus a noſtri temporis Criticis omnino negligi, dum alii veterum auctorum libri elegantiore habitu prodirent, Antoniniano illo ſi non inferiores, at profecto non praeſtantiores. Intelligere ergo mihi viſus ſum, operae pretium eſſe facturum, qui in hoc Antonini libro emendando et illuſtrando operam navaverit, atque, ut eſt juvenilium animorum fervor, ipſe de eo cura mea qualicunque perpoliendo cogitare coepi. Erant quidem multae et graviſſimae rationes, quae ab hoc conſilio me deterrere et potuiſſent et debuiſſent: nam omnibus fere carebam, quibus opus eſt ei, qui tanto labore feliciter defungi cupiat. Deerat non ſolum illa ingenii felicitas, quae paucis cujusvis ſaeculi hominibus peculiari naturae beniguitate conceditur, ſed deerat etiam idonea accuratae et exquiſitae doctrinae copia, deerat ſupellex literaria et libros nanciſcendi opportunitas, deerant opes criticae, deerat denique, quo plerique juvenum, qui ad talem laborem accedunt, frui poſſunt, qui rem conſilio et opera adjuvaret. Verum is, qui me impulerat, aetatis fervor, his omnibus neglectis, animum ſemper ad agendum ſtimulavit. Comparandus igitur erat, quo aliquid ſaltem pretii Editioni meae adferri poſſe arbitrabar, Apparatus criticus, quo qui deſtituitur, de idonea veteris

ſcripto-

ſcriptoris a Criticis neglecti Editione cogitare non poteſt. Neque poſſum dignis laudibus praedicare Virorum Illuſtrium, Clarorum et Doctorum benevolentiam, quae me hominem obſcurum, in apparatu hoc colligendo adjuvit. Editionum ſcilicet antiquarum, quae in Bibliotheca Auguſtiſſimi noſtri REGIS Havnienſi adſervantur, notitiam mecum communicavit Vir Summe Venerabilis MOLDENHAWER, Theologus Havnienſis Clariſſimus ac Doctiſſimus. His porro Editionibus ut mihi uti easque per otium excutere liceret, facile impetravi a ſtudio, quo in bonas literas fertur, qui huic Bibliothecae praeeſt, *Perillußris* COMES DE REVENTLOV, Auguſtiſſimo Noſtro REGI ab interiore adminiſtratione reipublicae. Ex eadem porro Bibliotheca Regia eorundem Virorum de Patria ac literis optime meritorum ſtudio ac benevolentia accepi conjecturarum Reiskianarum faſciculum, quem olim cum aliis MSS. Reiskianis emerat magnum illud Daniae decus, P. F. SUHM, cujus praeſtantiſſimam atque optimis libris refertam Bibliothecam non auctione distractam, ſed cum Regia illa conjunctam eſſe gaudent nobiscum omnes, qui literas amant.

Editionibus autem his diligenter excuſſis intellexi parum eſſe in iis ſubſidii ad naevos, quibus laborabat Antonini textus, tollendos, atque varias, quae mihi ex iis enotatae erant, lectiones nihil fere eſſe, niſi aut errores operarum, aut correctiones, ne dicam, depravationes, ex Editorum ingenio profectas. Maximo igitur ſtudio

dio flagravi, Lectionis Varietatem ex Codd. MSS. excerptam mihi comparandi: quod etiam, quamvis in mediis belli crudeliſſimi furoribus, mihi contigit.

ADLERO enim Viro Summe Venerabili, Theologorum Slesvicenſium Praeſide, quae ejus erat humanitas, me commendante, adii per literas Virum Humaniſſimum et ſupra laudem meam qualemcunque elatum SILVESTRE DE SACY, inſigne Gallicarum Muſarum decus, eumque rogavi, ut, ſi inveniri poſſent in Bibliotheca Nationis Franco-Gallicae variantes lectiones, quas olim in uſum *De Joly* ex Codicibus Bibliothecae Vaticanae excerpendas curaviſſet *Aſſemanus*, *De Joly* vero Bibliothecae Regis Galliarum tradidiſſet, in uſum meum denuo deſcribendas curaret. Haud longo tempore poſt me certiorem fecit Doctiſſimus SILVESTRE DE SACY, ſe reperiſſe inter Codd. Bibliothecae illius variantes lectiones, *Aſſemano* curante, collectas, qua in re etiam Viri Doctiſſimi FRANC. LAPORTE-DU-THEIL et MERCIER DE *Saint* LEGER nonnullam ipſi praeſtitiſſent operam. Docuit me quoque, praeter illam Lectionis varietatem, in eadem Bibliotheca ſervari *Aegidii Menagii* Notas in Antoninum ineditas, quas, ſi vellem, in uſum meum transſcribendas curare eſſet paratus. Denique mihi et Antonino meo gratulandum erat de eo, quod Vir Doctiſſimus atque exquiſitae linguae Graecae cognitionis laude florens DIAMOND. CORAI ſe non indignum haberet, illas chartas in uſum meum deſcribere. Quin

etiam

etiam ultro mihi obtulit exquisitas in Antoninum conjecturas, quae ipsi inter legendum in mentem venerant. Varias quoque lectiones a *Francisco Barberini* olim Patre Purpurato Translationi Italicae additas sua manu transscriptas SILVESTRE DE SACY, Vir mihi nunquam non cum laude nominandus, cum alio apparatu ad Antoninum meum pertinente misit.

Interea et AUGUST. MAR. BANDINIUM, Doctissimum Bibliothecae Mediceo-Florentinae Praefectum rogaveram lectiones Codicum Antonini Florentinorum, quas quidem curante Viro illo Doctissimo, a BENCINIO et BONIO, Viris Intelligentissimis, collectas accepi, adjutus in ea re summa munificentia et liberalitate Perillustris COMITIS DE BERNSTORFF, qui etiam tempore eo, quo maxime in Italia belli saevitia furebat, chartas ex Italia incolumes ad me deferendas curavit.

His ergo subsidiis ad novam Antonini Editionem parandam instructus, iterum iterumque textum, quem vocant, qualis Gatakeri opera erat nobis traditus, diligenter et ex omni parte cum Editionibus antiquioribus et Varietate lectionis ex Codicibus MSS. excerpta comparavi. Quo vero majorem cum Antonino meo familiaritatem contraherem, et melius intelligerem, ubi obscuritatis aliquid in hoc scriptore lateret, e re esse putavi, Antonini Commentarios in linguam vernaculam transferre: cujus quoque studii fructum, Translationem theodiscam postea typis exscribendam tradidi eo inprimis consilio,

filio, et ut doctorum virorum judicia de eo cognoscerem, utrum in opere coepto mihi esset pergendum, an totum Editionis munus deponendum, et ut, si fortasse consilium meum non omnino improbarent, eorum monitis ad opus rite instruendum adjuvaretur et regeretur studium meum de literis bene merendi. Jam vero, quid ex hoc labore profecerim, ingenue profitebor. Intellexi scilicet, subtiliorem literarum cognitionem et ingenium in aliorum Scriptorum Crisi probe exercitatum requiri in eo, qui Editionem Antonini probabilem parare vellet, praesertim in ea apparatus critici penuria, qua multis in locis iisque admodum corruptis et obscuris ad conjectandi artem confugiendum. Et quamquam a Censore, qui in Ephemeridibus literariis, quae Jenae prodeunt, de Translatione illa sententiam ferebat, candido sane et aequo judice, consilium, quod coeperam, non improbari videram, tamen non semel in eo fui, ut laborem hunc deponerem. Quod quo minus facerem, prohibuit pudor, ne fidem datam fallerem, Virorumque humanissimorum, qui studium meum adjuverant, operam prorsus inutilem redderem. Praeter pudorem hunc etiam alia accedebant, quae me ad consilium meum exsequendum adhortarentur: in quibus praecipuum erat hoc. Specimine Editionis meae in Ephemeridibus Lipsiensibus, quae *Allgemeiner Literarischer Anzeiger* inscribuntur, proposito, Vir humanissimus et de literis optime meritus LANGER, Bibliothecae Guelferbyterianae Praefectus, ultro ad Virum

rum Illuſtrem et Celeberrimum HEYNE ſcripſit, eumque meo nomine rogavit, ut mecum communicaret Lectionis Varietatem, quae ineſt Codici Guelferbyteriano, qui et *Philoſtrati* quaedam continet et tunc temporis in HEYNII manibus erat. Neque Goettingenſis ille Philologorum Neſtor, quae ſingularis ejus eſt humanitas, huic negotio ſe ſubduxit, adeoque ipſe lectiones variantes ex hoc Codice deſcripſit. Denique liberaliter me monuit de iis, quae in Specimine illo displicere poſſent, atque, quid mihi in primis agendum eſſet, ſi Editoris probabilis officio defungi cuperem, ſapientiſſime docuit.

Tot igitur tantisque quum obſtrictus tenerer Virorum de literis bene meritorum in me ſtudiis, nolui ſpem, quam de me conceperant, prorſus irritam reddere, quamvis multa erant, quae prohiberent, quin hanc Spartam, ut decebat, exornarem. Denuo igitur ad Antonini opuſculum emendandum et illuſtrandum acceſſi, quod quum jam in eo ſit, ut me Editore in publicum prodeat, paullo copioſius de conſilii mei ratione disputandum eſt.

Prima quidem cura poſita erat in nova textus, quem vocant, Recenſione: quam principem Editionis bonae partem intelligentes literarum humanarum cultores uno ore profitentur. Diligenter igitur primum perlegi ſingulos, quibus opuſculum conſtat, libellos, eaque eorum loca enotavi, quae emendatione indigere viderentur: quo facto omni, quam collegeram, critica materia

uſus ſum ad novam operis recenſionem, ſeu potius recognitionem adornandam: non enim tanta eſt in hoc libro materiae criticae copia, ut ſufficiat ad juſtam ejus recenſionem. In textu vero conſtituendo hanc mihi ſcripſi regulam, ut ſolam Editionum antiquiorum et Codicum Manuſcriptorum fidem ſequerer, nec niſi rariſſime, et in iis quidem locis, ubi certa videbatur emendatio, conjecturae ope depravata emendarem. Satius enim duxi, de vitiis, quae temporum injuria Antonini textum deformarunt, in Notis Contextui ſubjectis lectores monere, et varias, quas Viri docti tentarunt, emendandi rationes proponere, quam conjecturis nimium indulgendo textus integritatem in discrimen adducere. Cum enim omnis, quae conjectando nititur, Emendatio dubia eſt, tum in Scriptore, qualis noſter, brevitatis admodum ſtudioſo, omnium difficillima. Accedit, quod in Antonini orationis ſerie, quippe ſaepe interrupta, nihil fere ineſt adjumenti et praeſidii ad certam et indubitatam emendandi rationem reperiundam.

Ad Orthographiam porro quod adtinet, omnia intacta reliqui, praeter interpungendi rationem paſſim, ubi ſenſus hoc poſtulare videbatur, emendatam, et diligentiorem duplicis, qua Sigma indicatur, figurae uſum, quem aliquid adferre poſſe putabam ad expeditiorem libelli lectionem. Neque tamen ſpondeo, Sigmatis figuram ubique loco ſuo collocatam eſſe, quamquam voluiſſem. At reſtant plura, inprimis in ſpiritibus atque tonis et in

his

his inclinandis, quae mutata velim. Conſulto autem hanc boni Editoris partem omiſi, non quod eam indignam putabam diligentia, ſed quod verebar, ne eam rite poſſem tueri, quum non ad eam hujus rei cognitionem me perveniſſe ſentirem, quae ad eam certius conſtituendam ſufficeret.

Caeterum exemplar Editionis Wollianae typis transſcribendum tradidi, prius quanta per oculorum, qua tum temporis laborabam, infirmitatem licuit, diligentia a ſphalmatis typographicis et aliis, quae eam obſidebant, depravationibus correctae; et quum nihil ſumtus pepercerit redemtor hujus Editionis, Vir honeſtus, quin accuratiſſime impreſſa et correcta prodiret, ſpero fore, ut inde ſaltem nitoris aliquid huic Editioni accedat. Si quae tamen inſunt, in primis in Notis Contextui ſubjectis, quae et minori literarum charactere, quem vocant, a me exaratae et formis minoribus ſtanneis impreſſae ſunt: ejus rei veniam a lectore aequi bonique conſulente peto, quum per locorum diſtantiam mihi non licuerit, operis corrigendis praeeſſe. Graviſſima etiam operarum ſphalmata ad finem voluminis indicabo.

Hactenus de textus recenſione: reſtat, ut de interpretatione latina et Commentario pauca dicam. Interpretationem latinam addendam putavi, quum paranda eſſet Editio in uſum lectorum omnis fere generis, atque igitur et eorum, qui in graecis literis, non, ut ita dicam, habitant, ſed peregrinantur potius, eamque e Xylandri, Caſauboni et Gatakeri translationibus adornavi. Quo autem in labore qua diligentia verſatus ſim, alii judicent: hoc tantum addere lubet, me inprimis perſpicuitati conſuluiſſe, eamque ob cauſam non dubitaſſe, ſermonis

latini elegantiam, paſſim et puritatem, negligere: qua in re et Gatakerus et Xylander me exemplis praeiverunt. Sunt tamen in Translatione noſtra, quae nunc mutata velim. Sic neſcio qua ſuperſtitioſa religione ductus retinui I, 18. Gatakerianum uſum particulae *quod* praecedente formula *perſpectum habere*, ibidemque falſum pronominis *ſuus* uſum ex Translatione *Caſauboni* ductum. Sic porro cum *Gatakero* verbum *eniti* cum Infinitivo conſtruxi I, 13, ubi *ut* rectius adhiberetur, et id generis alia. Neque vero tot tantosque naevos ſupereſſe arbitror, quin emendatior et caſtigatior merito dici poſſit Translatio noſtra cum Xylandrina et Gatakeriana comparata.

Ad Commentarium denique quod adtinet, notas criticas a philologicis et hiſtoricis ſecernere, et ipſi Contextui ſubjicere viſum eſt. In has igitur retuli non ſolum varias lectiones, quae proprie dici poſſunt, ſed etiam manifeſta librariorum et typothetarum vitia, neque vehementer metuo, ne propterea in reprehenſionem incurram apud aequos et intelligentes lectores, quamquam fortaſſe erunt, qui hoc factum vituperent. Non enim nullum uſum habere videtur ad certum de Editionum indole judicium ferendum et ad juvandam artis criticae, quae in conjectando cernitur, copiam, ſi tales errores colliguntur. Cui et hoc accedit, quod ſaepe videmus, in iis lectionibus, quae aliis haud indoctis ſtupendi librariorum errores videbantur, alios his acutiores viam ad veras Emendationes indagandas reperiſſe. Quanto minorem igitur ingenii critici vim in me ineſſe ſentiebam, tanto magis in hoc incumbendum putavi, ut quantum fieri poterat, omnia colligerentur, quibus acutiores adjuvarentur ad Antoninum meum emendandum. Quod vero

vero praeter lectionis varietatem etiam omnes, quae mihi innotuerunt, Virorum doctorum conjecturas adjeci, plures fortaſſe erunt, qui reprehendant. Habeo tamen, quo me defendere poſſim: conſilium enim erat talem Editionem parandi, quam qui poſſideret, aliis omnibus carere facile poſſit, niſi ipſe vellet Antonini librum edere.

Quam vero in Commentario philologico et hiſtorico inſtruendo rationem ingreſſus ſum, eam non ignoro et improbari poſſe, et a multis iisque magni nominis viris improbari ſolere. *Gatakeri* ſcilicet commentarios, additis quibusdam *Caſauboni* et *Xylandri* notis, ita repetii, ut ea reſervarem, quae ad doctrinam tantum oſtentandam, non ad Antoninum illuſtrandum facere videbantur. Multa enim profecto erudite et ſubtiliter disputata in Notis Gatakerianis inſunt, ut religioni mihi ducerem, haec negligere, quibus excitari et ali poſſent ingenia literarum graecarum ſtudioſa. Sunt vero etiam, quorum nullus fere uſus eſt, quae igitur, ut ſumtibus lectorum parcerem, omittere viſum eſt. Quum denique multis in locis *Gatakerus* in errore verſaretur, in aliis iisque admodum obſcuris nihil adnotaret, quo proclivior fieret aditus ad ſenſum explicandum, illud corrigere, hoc vero, quantum per virium imbecillitatem licuit, ſupplere ſtudui. Talis vero veterum commentariorum repetitio novis curis aucta cur adeo improbanda ſit, ſane non video, atque gaudeo, Philologos noſtri temporis ſummos in hac commentandi ratione exemplo praeiviſſe, quamquam ab ea arrogantia longe abſim, ut putem, me in omnibus eorum veſtigia legiſſe.

Haec ſunt, quae priusquam primus Editionis meae tomus in publicum emitteretur, praefari volui. Eum

excipient, et ſingulis nundinis Lipſiacis, ſi Deus vitam valetudinemque conceſſerit, prodibunt Tomi duo paullo minores, quorum prior notas ad octo libros priores, poſterior notas ad reliquos libros, decreta philoſophiae Antoninianae ſecundum artis regulas in unum corpus collecta, Indices porro Graecitatis, Nominum propriorum, et Auctorum in Notis laudatorum continebit.

Caeterum ſi videro, Editionem in gratiam juvenum literarum Graecarum ſtudioſorum, et aliorum, qui majora volumina faſtidiunt, adornatam deſiderari, atque operam hanc meam qualemcunque non omnino improbari, aliam minoris voluminis Editionem curabo, ſelecta lectionis varietate, brevi adnotatione et indice idoneo inſtructam: quo quidem conſilio rogatos velim humaniſſime Viros doctos atque harum rerum intelligentes, ut, quae obſervaverint a me in Antonini libris ſive explicandis ſive emendandis errata et peccata, de iis me aut publice aut privatim admoneant. Maxima enim flagro cupiditate de literis bene merendi, ideoque et ſpondere audeo, me in poſterum meliora et curatiora daturum, ſi licuerit otio honeſto frui et literato, cujus quidem in ſpe ſuaviſſima animus, multis magnisque moleſtiis jamjam feſſus, jucunde requieſcit.

Dabam Slesvici, Nonis Januariis
Anni poſt R. S. MDCCCII.

J. M. Schultz.

PRO-

PROLEGOMENA
DE MARCI AURELII ANTONINI
τῶν εἰς ἑαυτὸν
CODICIBUS MANUSCRIPTIS ET EDITIONIBUS ARTE TYPOGRAPHICA IMPRESSIS.

Codices Antonini manuſcriptos admodum paucos nobis ſervatos eſſe, ſatis conſtat.

Codex quidem *Palatinus*, ex quo primum editi ſunt duodecim Antoninianorum Commentariorum libri, neſcio qua incuria, periiſſe videtur. Saltem tantum abeſt, ut probabilis ſit ſententia Viri caeterum non indocti, qui Editionem De-Jolyanam in Ephemeridibus literariis Lipſienſibus (*Leipziger Gelehrte Zeitungen*) anni 1775. cenſurae ſubjecit, Codicem ſcilicet Vaticanum, quem *Vat. A.* inſignire ſoleo, eundem eſſe cum Palatino illo, ut omnia contrarium clamitent: quod et clariſſime apparet ex plurimis lacunis, quas in Varietate Lectionis diligenter adnotavi. Neque tamen praefracte negem, Codicem illum Palatinum alicubi in Bibliotheca Vaticana latitare, quum non ignorem, Bibliothecae Palatinae theſauros in Vaticanam transiiſſe, multaque antiquitatis monumenta ibi neglecta jacere: quae utinam mox in lucem proferantur! Denique non praetereundum eſt, Clariſſimum HARLESIUM falli in eo, quod ad *Fabricii* Bibliothecam Graecam p. 506. ed. *Harleſ.* narrat, *Hoeſchelium* ſibi hujus Codicis Palatini

exemplar feciſſe. MSSti enim *Hoeſcheliani*, quorum lectionibus uſus eſt *Mer. Caſaubonus*, non totum Antonini opus, ſed Excerpta ex eodem continebant.

Codex *Vaticanus* ſub Numero 1950 adſervatus, quem plerumque in Notis breviter *Vat. A.* inſignivi, a Fol. 341. usque ad folium 392. totum Antonini opuſculum complectitur. Hic Codex, ut apparet ex *Aſſemani*, quam mox ex Editione De-Jolyana transſcriptam dabo, epiſtola, omnibus et Librorum et minorum Sectionum diviſionibus caret, et, ni fallor, transſumtus eſt ex Codice aliquo, in quo primae literae cujusque libri ornandae erant variis coloribus, quod autem, neſcio cur, omiſſum erat. Multis enim in locis caret Codex noſter literis initialibus, nullo tamen ſpatio, quantum ex Aſſemani Epiſtola conjicio, vacuo relicto. Quod ad interiorem hujus libri indolem attinet, cuique ex Lectionis Varietate Editioni noſtrae addita ſatis adparebit, hunc Codicem cum Palatino illo, quo uſus eſt *Xylander*, ſeu potius *Geſnerus*, neutiquam eſſe comparandum. Librarius enim, cui noſter Codex debetur, homo fuiſſe videtur et linguae Graecae omnino ignarus et ſatis negligens. Hoc tamen non obſtat, quo minus interdum uti poſſimus hoc Codice ad veram ſcripturam Antonino reſtituendam: immo eo certior uſus ejus videtur, ubi ſenſum ejus lectiones praebent commodum, quo minus is, qui eum ſcripſit, is fuit, qui aliquid corrigeret. Collatio, quam vocant, hujus Codicis curata eſt ab *Aſſemano* anno Aerae

noſtrae

noſtrae 1770; quod apparet ex iis, quae *Aſſemanus* ipſe Variis Lectionibus ex hoc Codice collectis ſubſcripſit, hac formula:

„Teſtor ego infraſcriptus collationem ſuperiorem hisce foliis contentam adcuratiſſime eſſe confectam, nullamque aliam variam ab impreſſo Tiguri lectionem in praenotato Codice Graeco Vaticano MS. 1950 [Vatic. 20. etc.] inveniri. In quorum fidem feci. Romae e Bibliotheca Vaticana. Die 3 Novembris 1770.

Stephanus Evodius Aſſemanus,
Archieps Apameae, Bibliothecae Vaticanae
Praefectus.„

Praeterea de hoc noſtro Codice haec refert *De Joly* p. 256. edit. Graeco-Lat.: „*Monendus*, inquit, *autem lector eſt, Codicem hunc Antonini* 1950, *qui titulo caret ac diviſione in libros XII, non dudum perveniſſe in Vaticanum. Etenim celeberrimus MERCIER, recens Bibliothecarius Sanctae Genovefae Pariſienſis, Abbas infulatus Sancti Leodegarii Sueſſionenſis, nunc a Bibliotheca Sereniſſimi Principis de Stirpe Regia Comitis DE LA MARCHE, copiam editori fecit epiſtolae datae d.* 14 *Februarii anni* 1764. *a Joſepho Comite GARAMPI, nunc in Poloniam Apoſtolico Nuntio, his verbis*: „*on a trouvé un manuſcrit de Marc Aurel dans la Bibliotheque du Vatican, No.* 1950, *qui appartient à Etienne GRADI, Garde de la Bibliotheque dans le ſiecle paſſé, tout écrit en Grec, ſans aucune diviſion.*„ *Jo. WINCKELMANN, Antiqq. Romanis Praefectus et in Bibliotheca Vat. Graec. L.*

Prof. (cujus recens et luctuoſus fuit obitus redeuntis Vindobona Romam) loquitur in Autographo anni 1765, *quod penes editorem eſt, de Codice* 1950 *Marci Aurelii, qui fuit Abbatis Gradi. Cardinalis Franciſcus BARBERINUS in ſua interpretatione Antonini edita italice, Romae anno* 1675, *(qui fuit annus alter ab excidio Electoratus Palatini, ut conſtat ex hiſtoria) ſic loquitur poſt interpretationem ſuam:* „*non ſi è voluto celare d'haver ricontrato il teſto uſato d'al Xylandro ſtimato luongo tempo unico, con un altro teſto conſervato nella Bibliotheca e muſeo del nobile non meno che dotto Abbate GRADI.*„

Prolixior quidem fui de hoc Codice disputans: ejus tamen rei veniam me ſperare poſſe arbitror ab aequis Lectoribus, quum hic Codex, quantum conſtat, unus ſuperſit ex iis, qui totum Antonini librum complectebantur. Alius enim Codex, qui in Bibliotheca Collegii Sanctae Trinitatis Cantabrigiae adſervatus fuiſſe dicitur, aut periit, aut, quod verius eſt, nunquam ibi fuit, ut apparet ex literis D. BEADON, Oratoris publici in Univerſitate Cantabrig. ſcripta ad illuſtriſſimam *Hamilton-Douglas* Comitiſſam DE WARWICK, quas hic ex Praefatione *De Joly* p. IV. ſq. repetendas duxi:

„*Madam*,

J took the earlieſt opportunity after my return to Cambridge of endeavouring to execute the commiſſion your Ladyſhip honoured me relative to the manuſcript of M. Aurelius, ſuppoſed by M. de Joly to be in the Library

brary of Trinity College. My inquiries of firſt were very unſatisfactory, as the only gentleman of the ſociety, who is well acquainted with the ſtate of the MSS. in that Library, was at that time out of College and did not return till very lately. From him J have learnt at laſt, that the manuſcript in queſtion is ſuppoſed to have been one of Dr. *Gale's* collection, left by will to that College, but that in fact no ſuch MS.; for what the printed Catalogue of MSS. in England calls a manuſcript in the place referred to by M. de Joly, was only a printed copy of the Meditations, which had been collated with ſeveral MSS. and had the various readings etc. tranſcribed to the margin; That the Doctor had a large and valuable collection of the ancient Claſſics collated in the ſame manner all of which he ſuppoſed were intended for the College; but the executors taking advantage of the words of the will, which expreſſed MSS. only, refuſed to deliver them up, tho' repeatedly applied to by the College for that purpoſe. He added that having been applied to on a ſimilar occaſion once before he writ to ſome part of the family to know how theſe printed copies were diſpoſed of; but could never learn, what become of them.

J believe your Ladyſhip may depend upon the truth of theſe particulars and J am ſorry, the enquiry has not turned out more ſatisfactory to M. de Joly. To me however it has afforded the ſatisfaction of acknowledging

ging the many obligations, J owe your Ladyſhip and of expreſſing the reſpect, with which J have the honor to be,

Madam,

Your Ladyſhip's moſt obliged
and obedient ſervant
R. Beadon.„

London 5 March
1773.

Jam vero redeundum eſſe video ad recenſum eorum Codd. MSS., qui Excerpta tantum ex Antonini Opere complectuntur: cujus quidem generis praeter *Hoeſchelianos*, quibus uſus eſt *Mer. Caſaubonus*, mihi innotuerunt quinque *Vaticani*, quatuor *Mediceo-Florentini*, unus *Pariſienſis*, et unus *Guelferbyterianus*. Priusquam vero de ſingulis his Codicibus loqui aggredior, ex utilitate lectorum, opinor, erit, hic Tabulam inſerere, ex qua ipſi intelligere poſſint, quo ordine ſingula Fragmenta in ſingulis MSS. ſe excipiant: quae quidem res non profecto nullius eſt ad indagandos fontes, ex quot et quibus noſtri illi Codices manaverint.

Codd.

Codd. Hoeſch.	Vat. 2. 3.	Med. 4.	Pariſ.	Guelf.
VII, 23.				
— 22.	VII, 22. 2.		VII, 22.	VII, 22.
— 18.	— 18.		— 18.	— 18.
— 7.	— 7.	VII, 7.	— 7.	— 7.
VI, 35.				
— 43.				
— 44. p.				
IV, 33.				
— 49.	IV, 49.).	IV, 49.	IV, 49.	IV, 49.
V, 8.		V, 8.	V, 8.	V, 8.
	34.		VIII, 34.	
— 18.		— 18.	V, 18.	
— 26.		— 26.	— 26.	— 26.
VI, 13.	VI, 13. 3.	VI, 13.	VI, 13.	VI, 13.
— 31.	— 31.	— 31.	— 31.	— 31.
— 33.				
— 39.	— 39.	— 39.	— 39.	— 39.
— 40.	— 40.	— 40.	— 40.	— 40.
	VIII, 57.			
	— 56.			
	IX, 42.			
	X, 28.			
	— 29.			
	— 34.			
	— 35.			
	— 32.			
	XI, 34.			
	— 35.			
VII, 53.	3.	VII, 53.	VII, 53.	VII, 53.
— 62.	VII, 62.	— 62.	— 62.	— 62.
— 63.	— 63.	— 63.	— 63.	— 63.
— 66.		— 66.	— 66.	— 66.
	V, 8.			
	— 18.			
	— 26.			
— 70.	VII, 70.	— 70.	— 70.	— 70.
— 71.	— 71.	— 71.		— 71.

. 1.	Med. 2.	Med. 3.	Med. 4.	Pariſ.	Guelf.
, 15.	VIII, 15.		VIII, 15.	VIII, 15.	VIII, 15.
7.	— 17.		— 17.	— 17.	— 17.
4.			— 34.		— 34.
3.	— 48.	VIII, 48.	— 48.	— 48.	— 48.
4.	— 54.	— 54.	— 54.	— 54.	— 54.
7.	— 57.	— 57.	— 57.	— 57.	
5.	— 56.	— 56.	— 56.	— 56.	— 56.
					— 57.
1.	IX, 1.	IX, 1.	IX, 1.	IX, 1.	IX, 1.
0.	— 40.	— 40.	— 40.	— 40.	— 40.
19.	XI, 19.	XI, 19.	XI, 19.	XI, 19.	XI, 19.
42.	IX, 42.	IX, 42.	IX, 42.	IX, 42.	IX, 42.
8.	X, 28.	X, 28.	X, 28.	X, 28.	X, 28.
9.	— 29.	— 29.	— 29.	— 29.	
2.	— 32.	— 32.	— 32.	— 32.	— 32.
4.	— 34.	— 34.	— 34.	— 34.	
5.	— 35.	— 35.	— 35.	— 35.	— 35.
34.	XI, 34.	XI, 34.	XI, 34.	XI, 34.	XI, 34.
5.	— 35.	— 35.	— 35.		
2.	XII, 2.	XII, 2.	XII, 2.	XII, 2.	
9.	XI, 9.	XI, 9.	XI, 9.	XI, 9.	— 9.
1.	— 21.	— 21.	— 21.	— 21.	— 21.
	XII, 4.	XII, 4.	XII, 4.	XII, 4.	XII, 4.
	— 14.	— 14.	— 14.	— 14.	
	— 15.	— 15.	— 15.		
	— 34.	— 34.	— 34.	— 34.	— 34.

Jam

Jam de ſingulis videndum, et primo quidem loco de *Vaticanis*.

Quorum is, quem breviter *Vat.* 2. indicavi, bombycinus eſt, et Saeculo, ut ferunt, duodecimo ſcriptus, in Bibliotheca Vatic. inter MSS. Graecos No. 20. inſignitus. Excerpta ex Antonino continet a folio 86 usque ad fol. 94.

Codex nobis *Vat.* 3., etiam bombycinus eſt, Saeculo decimo tertio, ut putant, ſcriptus. Excerpta ex Noſtro complectitur a fol. 57 usque ad 75, et inter Vaticanos Codd. Graecos No. 98. ornatur.

Codex, quem *Vat.* 4. nominavi, inter Codd. MSS. Graecos Bibl. Vat. ſub No. 100. relatus, bombycinus, et, ut perhibent, Saeculo decimo quarto exaratus. Excerpta ex Antonini Commentariis a fol. 165 usque ad fol. 180. exhibet.

Codex mihi *Vat.* 5. chartaceus et eodem Saeculo, quo *Vat.* 3., ut opinantur, ſcriptus, numeroque 926. in Bibl. Vat. Codd. Gr. inſignitus, continet ex Antonino decerptos floſculos a fol. 27 usque ad fol. 52.

Codex denique mihi *Vat.* 6. appellatus, bombycinus, et, ut ferunt, Saeculo XII. ſcriptus, inter Vat. Bibl. Codd. Gr. No. 953. Excerpta ex Noſtro a fol. 73 ad fol. 80. fol. porro 244 et 245. complectitur.

En tibi, L. B., de Codd. omnibus Vaticanis literas Aſſemani nomine datas:

Dalla Biblioteca Vaticana, 3 Novembre 1770.

In eſecuzione de' Veneratiſſimi Comandamenti dell' Eminentiſſimo e Reverendiſſimo Signore Cardinale de Bernis Stephano Evodio Aſſemani, Archieveſcovo di Apamea, Prefeto della Biblioteca Vaticana ſuo umillimo ſervitore, ſi e dato l'onore di far collazionare da due perſone verſate nell' idioma Greco, con tutta la piu eſatta diligenza, e ſotta la ſua non interrotta aſſiſtenza, que' codici manuſcriti della Biblioteca Vaticana, i quali contengono intiera, o in parte l'Opera di M. Aurelio Antonino Pio [!] *de ſe ipſo*, ſeu *de Vita ſua*, con la edizione fattane già da Guglielmo Xilandro Auguſtano nel 1558. in 8vo.

Crede quindi neceſſario per maggior lume di quelli, ch' eſeguir ne deſiderano la nuova edizione, avertire, che nella Biblioteca Vaticana eſiſte uno Codice Greco MS. in 4. magno Bombicino di fogli in tutto 541, ſegnato col numero 1950 del ſeculo XII; in cui, fra le opere di altri Autori Greci, v' è la ſudetta intiera dell' Imperator M. Aurelio in fogli 51; cioè dal fog. 341 ad fog. 392. ſenza alcun titolo, ne veruna diviſione di libri, a riſerva del lib. XII, a cui nel fog. 389. è prefiſſa in corpo con la mano medeſima, e col diſtintivo di una ſtelletta, l'epigrafe ſequente Μάρκου αὐτοκράτορος.

Eſiſtono altreſi in detta Biblioteca gl' indicati due codici Greci MSS. ſegnati, uno col no. 926, e l'altro 953.

Il primo è in 4. parvo, cartaceo, di fogli in tutto 235. del ſecolo XIV. Fra le opere di altri autori v' è una raccolta di vari teſti della ſudeta opera di Marco Aurelio Antonino dal foglio 20 al 52, ſotto queſto titolo Μάρκου Ἀντωνίνου καίσαρος αὐγούστου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν *). A ciaſcun teſto ſono anneſſi nel corpo, con la mano medeſima, varii paſſi di Eliano cavati dalle di lui opere *de animalium natura* et *de inſtruendis copiis*. Il primo di lui paſſo è il cap. 22. del lib. 1. *de animalium natura*. Tanto alli teſti di Marco Aurelio, quanto aquelli di Eliano ſono aggiunti dalla ſteſſa mano in corpo e nel margine alcuni ſinonimi e Gloſſa con le analiſi grammaticali di Autore incerto.

L'altro codice ſegnato no. 953, è in 4. Bombicino di fogli in tutto 245, del ſecolo XII. molte logoro, e con ſomma difficolta legibile. Contiene parimente fra le opere di altri autori, una raccolta quaſi conſimile di vari teſti dell ſuddetta di Marco Aurelio dal fogl. 73 al fog. 80, et dal foglio 244. al foglio 245, mutilo in fine, ſoto il titolo, Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν. Vi ſono ancora ſoggiunti nel corpo con la mano medeſima i paſſi di Eliano, comme nel codice precidente, ſenza però i ſinonimi, le Gloſſe, e le analiſi.

*) Quod igitur in Varietate Lectionis ad titulum opuſculi Antoniniani dixi, Aſſemanum omnino ſilentio praeterire titulum Operis in Codd. Vatt., id ſic intelligas velim, L. B., in Variet. Lectionis in uſum meum tranſcripta nihil me reperiſſe de operis inſcriptione adnotatum et ſerius Aſſemani hanc Epiſtolam legiſſe.

Mediante poi una esetta ricerca, si sono trovati nella Biblioteca medesima tre altri codici Greci segnati co' num. 20. 98. e 100, e continenti una raccolta simile di varii testi di Marco Aurelio: cioè

Il Codice 20. in 4. magno Bombicino del secolo XII. di fogli in tutto 133, di ottima mano, e ben conservato. Dal fog. 86 al 94, contiene sotto il sequente titolo Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν la suddetta raccolta de' testi di Marco Aurelio con quelli di Eliano e sottoposti i sinonimi, le Glosse, ma di altro incerto Autore.

Il Codice 98. in 4. Bombicino di fogli in tutto 78. del secolo XIII. ben conservato, contiene parimente dal foglio 57 a terg. sino al foglio 78. sotto il sequente titolo Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν la suddetta raccolta di testi di Marco Aurelio, e di Eliano con gl' interlineari sinonimi di altra mano, e con l'aggiunta di Glosse, e analisi di altra diversa mano, e non concordanti con quelle de' codici precedenti.

Il Codici 100. in 4. Bombicini di fogli in tutto 298. del secolo XIV. di buona mano e ben conservato, contiene dal foglio 165. sino al foglio 180. la suddetta raccolta di testi di Marco Aurelio e di Eliano sotto il sequente titolo Μάρκου Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' αὑτόν con gl' interlineari e marginali sinonimi, Glosse ed analisi di mano di-

diverſa, e di altro Autore incerto: Avertendo, che la maggiore parte di dette Gloſſe e delle note marginali ſopraindicato eſpongono dottamente i teſti a' quali ſono agiunte.

Tutti queſti codici ſono ſtati eſattiſſimamente collazionati con l'opera intiera di Marco Aurelio Antonino imperadore intitolata *de ſe ipſo, ſeu Vita ſua Libri XII. Graece et Latine, nunc primum editi Guilelmo Xylandro Auguſtano Interprete, Edit. Tiguri apud Andream Geſnerum, f.* 1558. *in* 8. E vi ſono trovate molte varianti lezioni notate negl' anneſſi fogli riconoſciuti per maggiore autenticità dalle ſcrivente.

Negli Armari, che racchiudono i Codici MSS. gia Palatini ſiccome ne tam poco fra tutti gli altri Codici Greci della Vaticana, che ſonoſi diligentemente eſaminati, non v' è il codice, di cui aſſeriſco il Xilandro di eſſerſi ſervito per far la ſua traduzione.

Con le varianti dunque non ſolamente del codice 1950, me degli altri ancora di ſopra indicati, eſeguite nella maniera preſcritta, cioè di notare le pagine e le linee ſi dell' edito, come ancora di ciaſchedun riſpetivo codice, ſembra che ſiaſſi corriſpoſto alle premure fattene, reſtande alla prudenza e dottrina di chi ſarà per accudire alla nuova edizione di queſta importante opera di Marco

Aurelio, farne l'uso, che sarà creduto piu proprio. E lo scribente in attenzione di altri respectabilissimi sensi dell' E. suo con profondissimo ossequio si rassegna ....."
In quorum fidem feci Romae e Bibliotheca Vaticana, die 3 Novembris 1770.

Stephanus Evodius Assemanus,
Archiepiscopus Apameae, Bibliothecae Vaticanae Praefectus.

(L. S.)

De Codd. MSS. Bibliothecae Mediceo-Laurentianae, qui Flores ex Antonini opere decerptos servarunt, egit *Bandinius*, Vir Doctissimus, in Catalogo Codd. Graecor. Bibl. Med.-Flor. II, col. 256 sqq.

Codex, quem *Med.* 1. insignivi, septimus Mediceus Plutei LV., chartaceus est, et Saeculo, ut referunt, decimo quinto scriptus, foliis quaternis formae minoris. Inter Excerpta ex Antonino leguntur, et alia maximam partem ex *Aeliani* Historia Animalium transsumta in hoc et caeteris MSS. Mediceis, quod idem in Vaticanis observaverat *Assemanus*.

Codex nobis *Med.* 2. est XVII. Plutei LIX. Biblioth. Med. Laurent., chartaceus, foliis quadruplicatis formae minoris, et Saeculo, ni falluntur Viri docti, decimo quinto scriptus.

Codex, quem *Med.* 3. nominavi, Codex XIII. Plutei LXXIV. ejusdem Biblioth. item chartaceus est, foliis

liis octonis, et a Viris doctis inter Codd. Saeculi XV. relatus.

Codex denique, quem *Med.* 4. appellavi, eſt XLIV. Plutei LIX. hujus Bibl., bombycinus, ſaeculo, ut putant, decimo quarto exeunte ſcriptus, foliis quaternis formae minoris.

Monendi hac occaſione Lectores humaniſſimi, ne mirentur, in Tabula paullo ante his Prolegomenis inſerta numerari IV, 49. inter Excerpta ex Antonino in Codd. Med.-Flor. ſervata, non item in Notis. Cauſa hujus inconſtantiae haec eſt. Qui Lectionis Varietatem ex his Codd. collegerant, ignoraverant Verba: Ἀτυχὴς etc. ex Antonino eſſe excerpta, nec igitur quidquam Varietatis a lectione vulgari adnotaverant: qua re factum eſt, ut et ego ſerius demum ex primis Verbis cujusque Fragmenti ex aliis libris Epitomae Antoninianae inſerti prudenter a Viris Doctis adnotatis intelligerem, illam Sectionem etiam in his libris contineri.

Codex, quem *Pariſ.* inſignire ſoleo, ſervatur in Bibliotheca Pariſina Nationis Franco-Gallicae, Numero 2649. ejus Biblioth. deſignatus, Saeculo, ut putant, decimo quarto exaratus eſt, idemque eſſe videtur, quem *Menagius* in Notis ad Antoninum ineditis, nec non *De Joly* Codicem *Regium* vocaverant.

Codex a nobis nota *Guelf.* indicatus, Bibliothecae Guelferbyterianae IV, 77., continet *Libanii* Μελεταὶ καὶ λόγοι, *Philoſtrati* Imaginum librum primum, et Excerpta

varia: primo loco ex Antonino κατ' ἑαυτὸν intermixta capitibus ex *Aeliani* Hiſtoria Animalium.

Haec de Codicibus MSS. Supereſt, ut de Editionibus, quae poſt inventam artem typographicam prodierunt, pauca loquamur.

Serius, quam putares, Antonini opuſculum, multis nominibus commendandum, typis vulgari coepit. Editionum enim *princeps* eſt ea, quam *Guil. Xylander* Ao. R. S. 1558. e Cod. Palatino curavit, a nobis breviter *Xyl.* 1. indicata: quae quidem ita inſcribitur:

> *M. Antonini* imperatoris Romani et philoſophi De ſe ipſo ſeu Vita ſua Libri XII. Graecè et Latinè nunc primum editi, *Guilielmo Xylandro* Auguſtano interprete: qui etiam Adnotationes adjecit. *Marini* Neapolitani de Procli Vita et Felicitate liber: Graecè Latinèque nunc primum publicatus, Innominato quodam interprete, adjectis itidem ſcholiis. E Bibliotheca Illuſtriſſimi Principis Othonis Henrici. Cum privilegio in triennium. Tiguri apud Andream Geſnerum f.

In fine Epiſtolae dedicatoriae, ad *Georgium a Stètten*, Patricium Auguſtanum, datae, legitur: *Heidelbergae. Cal. Octobribus anno Salutis* 1558. Monuit caeterum in hac Epiſtola *Xylander*, Antonini commentarios, ut quidem in noſtras ii manus perveniſſent, mutilos ſibi videri et majore ſui parte decurtatos — ſe, hortante *Conrado Geſnero*, hunc librum de Graeco Latinum feciſſe, et Editionem ejus ad-

adornaſſe. De Translatione denique ſua haec addit: „Latinitati, quam fieri potuit maxime, in hoc negotio ſtudui: niſi quod voces quasdam tritas illas et aptas, non tamen uſitatas apud antiquiores, perſpicuitatis cauſſa non contempſi. Verba appendere ad trutinam neque volui, neque vero debui: ſenſum quidem ſecutus ſum, an autem aſſecutus ſim ubique, aliorum judicium opto: cur difficile hoc fuerit, multae ſunt neque non manifeſtae cauſſae. Etſi fateor, in quibusdam me vel ut divinarem opus habuiſſe, vel audacter a Codice Graeco aut communi uſu deceſſiſſe: quibus locis etſi annotatiunculis (eram enim occupatior, quam commentandi otium ſuppeteret) aliquando conſului, tamen ſi ſecus videbitur, nihil moror: eſt enim (ut Bacchylidis utar proverbio) lata via.„ — Haec *Xylander*. Ante textum Graecum addita eſt dedicatio ad *Antonium Berterum*, Reichlingae dominum, a *Conrado Geſnero* graece conſcripta, Tiguri med. menſ. Februar. a. R. S. 1558. quae inter alia et haec habet: Τούτου [Antōninum vult] τὰ βιβλία παρὰ καλοῦ κἀγαθοῦ ἀνδρὸς Μιχαήλου Τοξίτου, ποιητοῦ εὐφυεστάτου (ἐκ τῆς Ὀθῶνος Εἰνερίχου τοῦ Παλατίνου ἄρχοντος λαμπροτάτου βιβλιοθήκης) λαβὼν, διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιμελείας ἀμωσγέπως, νῦν πρῶτον ἐντυπωθέντα, τῇ σῇ ὑπεροχῇ προσφωνεῖν καὶ ἀναθέσθαι ἠβουλόμην, βέλτιστε BERTHRE κ. τ. λ.

Haec Editio plagellis octonis eſt. *Xylandri* Epiſtolam dedicatoriam excipiunt duo Suidae Teſtimonia in ſermonem

monem latinum translata, et Antoninianae Vitae Summa e Sexti Aurelii Victoris Epitome: tum Xylandri translatio, quae 200 paginas numeris ſuis inſignitas complet: hanc ſequuntur Adnotationes Xylandri paginis 26, quae numerorum ſignis carent. Ante textum Graecum novus libri titulus legitur hic: ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ *αὐτοκράτορος καὶ Φιλοσόφου τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία* ΙΒ'. Tiguri apud Andream Geſnerum F. — Inſcriptionem excipit Dedicatio Geſneriana, quae decem paginas numeratas implet, et duo Suidae Teſtimonia graecè. Ipſe textus Graecus habet paginas 156. numeris ſuis inſignitas: eumque excipit a pag. 157 usque ad 181: ΜΑΡΙΝΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙΤΟΥ ΠΡΟΚΛΟΣ *ἢ περὶ εὐδαιμονίας*: nec vero, quae in Titulo promittuntur, Translatio latina Marini et ad eundem Scholia. — Exemplum hujus Editionis, quo uti mihi licuit, ſervatur in Biblioth. Auguſtiſſimi REGIS noſtri Havnienſi.

Quum vero in hac Editione Tigurina Interpretatio Xylandri admodum corrupte eſſet typis vulgata, iterum idem Xylander Antoninum edidit *Baſileae* a. 1568. Graece et Latine, adjunctis *Phlegontis* Tralliani, *Apollonii* Dyſcoli et *Antigonis* Caryſtii mirabilibus narrationibus, *Phlegontis* item de longaevis et Olympiis libro. Inſcripta eſt haec Editio *Alberto a Stetten*, Georgii illius, cui primam dedicaverat Xylander, filio. In hac Epiſtola quam maxime queritur de ſphalmatis typographicis, quibus Editio

tio ante novem annos typis exſcripta depravata ſit: qui locus, ſi quid video, de Editione Tigurina, non, quod opinabatur Cenſor Edit. De-Jolyanae in Biblioth. Philol. Goetting., de Translatione Xylandri novem annos ante textum vulgatum impreſſa, intelligendus eſt. Error Viri Docti ortus eſt ex eo, quod non obſervaverat, non eſſe eundem *Stetten*, cui prima et ſecunda Xyl. Editio dedicata ſit. Hanc Editionem ipſe non excuſſi, quia in Biblioth. Havnienſi non exſtabat: neque tamen aegre ea carui, quum ex iis lectionibus variantibus, quas *Menagius* et Doctiſſ. *Corai* ex ea adnotaverant, intelligerem, eam in omnibus cum *Argentina*, de qua nunc loquar, conſentire.

Argentina haec (nobis *Arg.*) prodiit 1590. 8., omniaque continet, quae Baſileenſis. Exemplum ejus habui e Biblioth. Havnienſi, et idem, ni fallor, quo olim uſus eſt *Caſp. Barthius*, quantum conjicere potui ex notulis paſſim margini adſcriptis. Non igitur erat, cur HARLESIUS, Vir Doctiſſimus, dubitaret, an haec Editio unquam prodierit. Caeterum hanc Editionem diligenter comparandam putavi, quod mihi inſtar ſecundae Editionis Xylandri erat.

In minores Sectiones Antonini libellum primus diviſit, qui eum cum Procli Vita a Marino ſcripta edidit *Lugduni* 1626. 8. Addidit idem Adnotationes quasdam,

ſi

ſi quidem nugae et ſomnia Adnotationum nomine ornanda ſunt. Expreſſa eſt haec Editio ex *Xyl.* 1. retentis omnibus vitiis typographicis, quae novis, ut fit, paſſim aucta ſunt. Videtur profecto bibliopola Lugdunenſis *Franc. de la Bottiere* ipſe hanc Editionem curaſſe, et neſcio quem in ſubſidium vocaſſe, qui tumultuaria opera notas nonnullas adderet. Editionem ipſam nota *Lugd.*, et Adnotationes nota *Adn.* ſ. *Adnot. Lugd.* indicavi.

Haud multis annis poſt melior Editio operi Antoniniano contigit curante *Merico Caſaubono*, Iſaaci Caſauboni filio. Is quidem primum in linguam Anglorum vernaculam Antonini Opuſculum tranſtulerat, et, quum *Gatakeri* Editio cunctaretur, ipſum Antonini textum Graecum cum Translat. latina et Notis edidit. Editio ejus ita inſcribitur:

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ Αὐτοκράτορος ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ βιβ. ιβ. *Marci Antonini Imperatoris De Se Ipſo Et Ad Se Ipſum* libri XII. *Guil. Xylander* Auguſt. Graece et Lat. primus edidit. Nunc vero Xylandri Verſionem locis plurimis emendavit et novam fecit: in Antonini libros Notas et Emendationes adjecit *Mericus Caſaubonus*, *Iſ. F.* In eosdem *Xylandri* Annotationes. *Londini* MDCXLIII. (plagulis octonis fol. min.)

In-

Inſcripta eſt haec Editio *Joanni Seldeno* Epiſtola ſatis eleganti, quam tamen, quum ad Antoninum proprie non pertineat, ut lectorum ſumtibus parcerem, hic repetere nolui. Epiſtolam hanc excipiunt *Prolegomena*, quae non unam ob cauſam repetenda videbantur, et ad calcem horum Prolegomenorum transſcripta inveniuntur. Prolegomena ſequuntur de Marco Antonino Principe etc. *Teſtimonia* ex *Athenagora*, *Herodiano*, *Suida*, *Nicephoro*, *Antonino* ipſo (ap. Caſaub. III, 12, nobis III, 14.), *Aurelio Victore*, *Jul. Capitolino*, *Vulc. Gallicano*, *Iſ. Caſaubono* et *Guil. Cantero*, denique Loca *Antonini* in Suidae Lexico laudata ſub vocibus: ἀνενόσπουδον, ἀνέραιον ἀποθανεῖν, ἄσχολος, ἀψικάρδιος, ἄψικορος, γράσος, δαίμων, ἐπιλαμβάνεσθαι, εὐανακλήτως, εὔλυτος, εὐμάρεια, ὀρθὸς, ὀρτυγοκόπος, ὡστικῶς, παράπηγμα, περιλαλοῦσιν, Πρασιανὸς, προσοχὴ, συμβαίνοντα et τερατεία. Addit denique *Caſaubonus*: „Haud paucae praeterea voces et phraſes, ut ἀνανεωσάμενος, ἔκστρεψον, ἑκτέον, εὐσυνείδητος, κατὰ νοῦν, τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι etc., in quarum explicatione Suidam ad certa Antonini loca reſpexiſſe veriſimile puto: quia tamen affirmare non poſſum, cum neque nominet Antoninum, neque plura proferat, ex quibus certo liquere poſſit, labore colligendi libens ſuperſedeo.“ — *Teſtimonia* de Antonino excipit ipſe Contextus Graecus cum Interpretatione latina paginis 343. Sequuntur *Caſauboni Notae* paginis 126; porro *Xylandri* Adnotationes ex Ed. Baſil. repetitae a pag. 127 — 148; denique Auctarium

ctarium Notarum, et Index locorum Antonini, quae in Codd. Hoeſchel. continentur, duabus plagulis, quae numeris non inſigniuntur.

Quo minus tamen ſumma laus inter Antonini Editores Mer. Caſaubono ſit tribuenda, fecit *Th. Gatakeri* diligentia, qua per XL annos hunc Scriptorem tractaverat, cujus diligentiae fructus erat Editio, quae anno 1652. prodiit, ita inſcripta:

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ ΒΙΒΛΙΑ ιβ'. *Marci Antonini Imperatoris* de rebus ſuis, ſive de iis, quae ad ſe pertinere cenſebat, Libri XII, Locis haud paucis repurgati, ſuppleti, reſtituti: Verſione inſuper Latina nova; Lectionibus item variis Locisque parallelis ad marginem adjectis; Ac Commentario perpetuo explicati atque illuſtrati, Studio operaque *Thomae Gatakeri* Londinatis. *Cantabrigiae* Anno Domini MDCLII. — (plagulis quaternis formae majoris.)

Conſecravit Editionem hanc Gatakerus *Antonio Tuckney*, *Joanni Arrowſmith*, et *Thomae Hill*, Doctoribus Theologiae in Academia Cantabrigienſi. Dedicationem excipit *Praeloquium*, quod poſt Prolegomena noſtra recudendum curabimus. Sequitur Textus Graecus cum Translatione Latina, locisque parallelis et lectionibus variis, ſeu, ut verius dicam, Conjecturis in margine breviter ad-

adnotatis a pag. 1 ad 123. Tum *Teſtimonia* et *Elogia* octo foliolis a nobis repetita. Denique legitur Commentarius ſatis amplus paginis 439; et denique Indices 1) locorum Scr. Sacrae in Notis illuſtratorum; 2) aliorum Scriptorum, quae in Notis laudantur; 3) Graecorum quorundam vocabulorum; 4) Rerum.

Ex hoc Operis Gatakeriani ambitu quivis facile intelliget, maximum fuiſſe in Viro hoc ſane docto ſtudium Antonini emendandi et illuſtrandi. Quam maxime igitur dolemus, Gatakerum omnino caruiſſe ſubſidio Codd. MSS. ad opuſculum hoc recenſendum, eumque ſaeculi ſui more abreptum nimium fuiſſe in colligendis ex ſcriptoribus omnis generis ſententiis et locis, quae cum Antoninianis aliquid ſimilitudinis habere ipſi videbantur, quamquam nihil fere utilitatis ex eorum notitia hauriri poteſt ad Scriptorem noſtrum intelligendum, in aliis vero locis, quae ſumma obſcuritate laborant, ne verbum quidem addidiſſe, ex quo intelligi poſſit, quomodo ex auctoris verbis ſenſum eum elicuerit, quem Translatio ejus Latina exhibet. Caeterum quod attinet ad querelas a Merico Caſaubono in Epiſtola VII, quae cum aliis ejus ad calcem Epiſtolarum Iſ. Caſauboni ab *Janſ. de Almeloveen* curatarum legitur, contra *Gatakerum* ſublatas, eum ſcilicet in Notis ſuis paſſim Translationem Caſaub. Anglicam caſtigaſſe, nec unquam Editionis Caſaub. Graeco-latinae, in qua ipſe plurima peccata retra-

tractaſſet, mentionem feciſſe, ſed potius conjecturas Caſauboni huic Editioni additas tanquam ſuas venditaſſe, quamquam non omni jure defendi, tamen, opinor, ſat bene excuſari poteſt Gatakerus. Commentarius ſcilicet Gatakeri, quod ex ipſa Caſauboni Epiſtola apparet, jam diu conſcriptus erat, quum prodiret Editio Caſauboniana. Jam vero aequum fuiſſet, ut Gatakerus, hac Editione vulgata, ea retractaſſet, quae iniquius dicta videri poſſent in Caſaubonum, eidemque conjecturas ab eo primum prolatas tribuiſſet: verum quis hoc poſtulabit a ſene, qui eo anno, quo Editionem ſuam publici juris fecit, annum aetatis ſeptuageſimum ſecundum agebat? Neque argumentis, opinor, ſat gravibus unquam probare potuerat Caſaubonus, Conjecturas ſuas a Gatakero ſibi ſurreptas eſſe. Facile enim fieri potuit atque adeo fieri debuit, ut in uno loco in unam eandemque conjecturam inciderent, quam idcirco Gatakerus eodem jure ſibi vindicare poterat, quo Caſaubonus eam ſibi vindicat. Unum tamen eſt, in quo ita peccaſſe mihi videtur Gatakerus, ut ejus patrocinium ſuscipere nequeam, in eo ſcilicet, quod ne verbo quidem lectores in Praefatione ad Antoninum monuit, Caſaubonum in Editione Graeco-Latina multa emendaſſe et retractaſſe, quae olim ipſi imprudenti excidiſſent. Hoc enim, niſi vehementer fallor, et honori alius Viri profecto non indocti, et ſuae ipſius famae debuerat. Hactenus de Editione a Gatakero curata.

Repe-

Repetita est Editio Gatakeriana *Londini* 1697. et 1707. 4. cura *Georgii Stanhopii*, qui praeter Gatakerianas selectas quoque Notas Dacierianas ex lingua Franco-Gallica translatas addidit, nec non Vitam Antonini a Dacierio gallice scriptam et a se in Latinum sermonem translatam. Denique curante *Hermanno Witsio* repetita est Editio Gatakeri *Traject. Batav.* 1697. fol., qua in Editione quavis pagina verbis Antonini subjectus est Gatakeri Commentarius, quem *Merici Casauboni* et *Guilielmi Xylandri* Notae et alia *Gatakeri* Opera critica excipiunt.

Anno 1680. editus est Antoninus *Oxoniae* e Theatro Sheldoniano typis admodum nitidis, chartis duodenis. Textus fere est Casaubonianus, Translatio praeterea Casauboni, nonnullae ejusdem conjecturae, nec non *Gatakeri*, additae sunt. Haec Editio, cujus exemplar habui e Biblioth. Havn., est ea, quam breviter *Oxon.* in Notis indicavi.

Anno 1704. iterum Oxoniae prodiit *Antoninus* curante Viro Docto, qui sub literis R. J. latere voluit, chartis octonis. Editio haec textum habet Gatakerianum, Latinam porro Gatakeri Interpretationem passim emendatam, Notas porro e Gatakerianis et Casaubonianis excerptas, quibus et suas aliquas haud negligendas addidit Editor.

Repetita est haec Editio pluries *Glasguae* chartis octonis, ut anno 1744. et 1751. quarum posterioris, breviter *Glasg.* insignitae, mihi copiam fecit Bibliotheca Havniensis. Repetita itidem est curante *Christophoro Wolle* Lipsiae 1729. 8., praemissa Introductione ad Philosophiam Stoicam a *Joanne Franc. Buddeo* conscripta. Praeter hanc vero nihil dedit Wolle, quod non in Oxoniensi secunda invenerat, nec admodum diligens fuit in speciminibus typographicis corrigendis, quamquam Lipsiae, ubi impressa est, ipse vivebat.

Eminet saltem prae hac Editione altera Lipsiensis, quae 1775. curante *Moro*, qui tamen nomen celavit, vulgata est chartis octonis. Quamquam enim textum tantum Gatakeri cum ejusdem Translatione Latina continet, et ex Oxoniensi secunda aut Glasguensi aut Lipsiensi priore expressa videtur, tamen in fine exhibet praeter conjecturas aliquas ex Oxoniensi secunda repetitas alias ipsius *Mori*, easque maximam partem praestantes, ut cuivis appareat, Morum, si quis alius, idoneum fuisse bonae editioni perficiundae, si non omni ope librorum scriptorum caruisset.

Anno jam ante Morum ad Antoninum edendum accesserat *Joannes Petrus de Joly*, cujus Editio sic inscripta est:

Pugil-

Pugillaria Imperatoris M. A. Antonini, Graece Scripta, Disjecta Membratim, Et Quantum Fieri Potuit, Reſtituta Pro Ratione Argumentorum. Sequitur Interpretatio *Gatakeri* Londinatis ſimiliter expreſſa. Curante nobili Joanne Petro *De Joly*, Marci Aurelii Gallico interprete atque cultore. *Pariſiis*, MDCCLXXIV. (chartis duodenis.)

Ut, quid haec Inſcriptio ſibi velit, intelligant Lectores noſtri, quibus non licuit hac Editione uti, monendi ſunt, Interpretem Gallicum ſibi perſuaſiſſe, libellum Antonini nec ab ipſo auctore, aut antiquitus ſaltem, Ἀντωνίνου τῶν εἰς ἑαυτὸν nomine inſcriptum, nec vero ab ipſo auctore aut primis lectoribus in duodecim libros diviſum eſſe. Opinatur De Joly, Antoninum, quaecunque ipſi in mentem veniſſent ſalutaria praecepta, ea in pugillaribus exaraſſe; quae quidem pugillaria, quum mortuo auctore, ob eximium, quo erga Antoninum flagrabat populus, amorem diligenter et ſtudioſe conquirerentur, miſere eſſe discerpta, ut quisque aliquid reliquiarum illarum haberet, deinde vero ab alio, neſcio quo, qui audiviſſet, in duodecim Pugillaribus Antonini hoc monumentum exaratum fuiſſe, in duodecim libros eſſe diviſa, eamque ob cauſam jam apud Suidam duodecim libros memorari. Titulum vero, quo hodie circumfertur Antonini opus, putat a Xylandro mutuatum eſſe ex *Diogene Laërtio* in Solone, Segm. 61., non in Codice

Auguſtano repertum, ab eodem quoque diviſionem in libros duodecim, qua hodie utimur, profectam, quum legiſſet apud Suidam, duodecim Antonini libros exſtare. Haec igitur cum ſibi perſuaſiſſet De Joly, ſingulas Opuſculi Sectiones ad Capita 35 retulit: qua re ſibi optime de Antonino meruiſſe videbatur. Ipſe enim: „Poſt hanc, inquit, editionem Antonini concedendum erit viris eruditiſſimis, quorum teſtimonia refert *Fabricius*, (in Bibl. Gr. Libr. IV. P. 2. cap. XXIII, §. 3.) opus eximium (initio detracto) *fuiſſe re vera ſcopas diſſolutas, arenam ſine calce, cui nihil inerat contexti, et viſa fuiſſe mera excerpta ſub nomine Antonini, non ipſius Philoſophi.*„ Haec igitur *De Joly*.

Nobis vero haud alienum a conſilio horum Prolegomenorum videtur, et noſtram ſententiam de integritate operis Antoniniani et αὐθεντίᾳ vulgaris tituli et diviſionis paucis exponere, monitis antea lectoribus, nos potiſſimum ſequi Virum Doctum, qui in Biblioth. philol. Goetting. cenſorem Editionis De-Jolyanae egit, qui omnium accuratiſſime de hac re ſcripſiſſe nobis videtur.

Integros quidem maximam ſaltem partem ad nos perveniſſe Commentarios Antoninianos, nemo argumentis ſat firmis negare poteſt Fuerunt quidem Viri Docti haud pauci, quos nominavit *Fabricius* in Bibl. Gr. l. l., qui

qui dicerent, non integrum Antonini opus, ſed Excerpta tantum ex eo ſupereſſe. Hujus vero opinionis argumenta partim in indole libelli, qui fere ſingula quaeque decreta ſine ſerie connexa cum iis, quae praecedunt et ſequuntur, exhibet, partim in fama ineſſe videmus, qua acceperant, ſervari in quibusdam Italiae Bibliothecis Antoniniana titulo Ἀντωνίνου ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν inſignita (ſic vero et in Vaticanis Codd. legendum puto, quamquam Aſſemani Epiſtola καθ' αὑτὸν habet). Jam vero indoles illa librorum Antonini eo deduxit quosdam, ut hoc opus Antonino indignum judicarent atque ex majore quodam excerptum opinarentur. At *Fabricius* recte monuit haud ſpernendos eſſe libros non una ſerie ſcriptos, quales et antiquiorum et recentiorum multos eſſe, qui utiliſſimi ac praeſtantiſſimi haberentur. Atque, ſi quid video, multo minus ab Antonino, qui non aliis, ſed ſibi tantum, ſcripſit, quam ab alio quovis Scriptore, poſtulari poteſt, ut ad artis regulas ſingula quaeque diſpoſuerit. Famam vero de Excerptis ex Antonino ſecus ac debuerant intellexerunt Viri Docti, inter quos et *Caſp. Barthius* fuit, de toto opere, quod adhuc exſtat, non de Excerptis ex hoc opere collectis. Apparet denique, ut recte monuit *Caſaubonus*, ex *Suida*, ab eo inde tempore certe, quo is vixerit, Antonini opus ſatis integrum ad nos perveniſſe. Neque tamen haec ita intelligi velim, quaſi negem, omnino nihil librariorum incuria omiſſum aut trajectum eſſe: ipſe enim paſſim

in Notis obſervavi, Antonini opus mihi mutilatum videri.

De αὐθεντίᾳ porro inſcriptionis atque diviſionis vulgaris ſi quaeritur, ipſe me adhuc dubitare profiteor, utrum ad Antoninum ipſum auctorem referendae ſint, nec ne. Quare enim fieri non potuit, ut Scriptor noſter praecepta atque decreta, quae ipſi ſalutaria videbantur, in uſum ſuum exararet, neque tamen aut titulo ornaret, aut in ſingulos libros divideret? Neque tamen negare audeo, utrumque factum eſſe. Quid enim obſtitit, quo minus iis, quae in uſum ſuum ſcripſerat, verba τὰ εἰς ἑμαυτὸν aut Ἀντωνίνου τὰ εἰς ἑαυτὸν inſcriberet, eaque in libellos quosdam distribueret? Quaeſtio igitur de inſcriptionis atque diviſionis vulgaris auctoritate inter eas referenda videtur, ad quas in tanta rerum antiquarum obſcuritate nihil certi reſponderi poteſt. Neque tamen non adfirmare auſim, operis hujus et inſcriptionem et diviſionem jam antiquitus eſſe conſtitutam, et a *Xylandro* et *Geſnero* in Codice Palatino repertam. Si enim nulla operis hujus inſcriptio in Codice Palat. exſtitiſſet; nonne veriſimillimum eſt, primos Editores non ex Diogene Laërtio titulum libri cujusdam Solonis, ſed ex Suida titulum libri Antoniniani (τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν) transſumturos fuiſſe? Quam maxime vero ab ea, qua Saeculi XVI. Viri Docti antiquitatis monumenta tractabant, religione abhorrere, ut

ut lectoribus ne verbo quidem monitis, quo consilio et qua auctoritate hoc factum sit, et inscriptionem et divisionem libri alicujus suo ingenio constituerent, quis est, qui nesciat? Neque vero sufficiunt argumenta, quibus utitur De Joly, ad probandam opinionem, libros hos ita dispersos atque disjectos esse, ut nova prorsus opus sit eorum divisione. Nam quod dixit, ordinem, quo singuli libri sese excipiant, repugnare ordini temporum, id non ita adprobavit, ut extra omnem dubitationem rem posuisse videri possit. Argumentum scilicet petit ex eo, quod Antoninus III, 9. se *senem* profitetur et *mox morituram*, idemque IX, 3. mentionem fecit *uxoris* spirantis adhuc et *gravidae;* quum ex Vitae Antonini Scriptoribus constet, Faustinam diu ante Antoninum excessisse. At non tantum mihi videtur hoc argumentum, ut vehementer illo movear. Non enim urgendum est, quod Antoninus se senem et mox morituram dicit: quod quidem argutari nec vero interpretari est. Antoninus senem se vocavit, quod imbecillitatem valetudinis, qua laborabat, ingravescentem sentiebat, eandemque ob causam morti se appropinquare dixit. Quid, quod Antonini uxor Faustina quatuor tantum annos ante maritum mortua est? Num igitur De Joly putavit, Scriptorem rerum studiosum, verborum autem fere negligentem, ea diligentia annos aetatis computasse, ut quatuor anni obstarent, quo minus sibi senectutem tribueret? Equidem postquam

pluries hos libros perlegi, eosque diligenter cum hiſtoriae monumentis, quae mihi ad manus erant, comparavi, nihil in iis deprehendi, quod impediat, quo minus dicamus, eos intra annos 171 et 180 poſt Chr. nat. ab Antonino et ea fere ſerie, qua hodie leguntur, conſcriptos eſſe.

MERI-

MERICI CASAUBONI
in M. ANTONINI τῶν εἰς ἑαυτὸν libros XII. et Editionem ſuam
PROLEGOMENA.

Quae Marcus Antoninus, Imperii et rerum geſtarum magnitudine glorioſiſſimis Imperatoribus annumerandus, vitae vero ſanctitate et ſolida eruditione veterum Philoſophorum vel laudatiſſimorum nulli inferior, *De ſe ipſo* ſibi ſcripſit, ea poſtquam ſemel typis excuſa prodierunt in lucem, dudum eſt, cum certatim a doctiſſimis quibusque viris, qui reipublicae literariae promovendae ſuam navarunt operam, laudantur et meritiſſimis elogiis celebrantur: at qui ſcriptum ut excellentiſſimum, ita et obſcuriſſimum, ſeu Notis ſeu Animadverſionibus, ſeu Commentariis uberioribus illuſtrandum ſusciperet, quo tam reconditae ſapientiae ad plures utilitas perveniret, ex omni doctorum numero nemo unus hactenus, quod ſciam, repertus eſt. Interim vero, qui mortalibus imperitis et incautis falſo Antonini nomine illuderet, et viliſſimos, in comparatione, foetidiſſimosque pannos, pro pretioſiſſima purpura ſacrilega manu circumferret, pridem repertus eſt *Antonius Guevara* Hiſpanus, homo non contemnendi prorſus ingenii, niſi alios ipſe, tantae impoſturae fiducia, adeo contempſiſſet; eruditionis autem, quae aulicum potius, quam Epiſcopum; et circumforaneum aretalogum, quam genuinum Philoſophum deceret. Sed nec ego talem ab omnibus pridem doctis exploſum contemptumque tanti facerem, ut hic ejus meminiſſe dignarer, niſi tanti putarem, quam ſint homines, quae ſtulta, ficta, falſa, putida, prae iis, quae ſolida ſinceraque ſunt, amplecti

plecti proniores, et quae χολοβάφινα iis, quae vere ſunt aurea, praeponere, tam luculento et illuſtri exemplo demonſtrare. Solis enim ſacris Bibliis exceptis alium vix ullum librum extare puto, qui tot in linguas, Gallicam, Italicam, Anglicam, Germanicam, alias, opinor, omnes Europae linguas ſemel iterumque translatus: qui repetitis editionibus toties excuſus ſit. Cum vero per multos annos intra vulgares has linguas tantae ſe continuiſſet impoſturae foeditas et jam quodammodo ſuppreſſa videretur: ecce tibi triginta plus minus abhinc annis *Joannes Wanckelius* quidam nomine, natione Germanus, exortus eſt, qui magnum operae pretium, a principibus etiam viris invitatus, facturum ſe credidit, ſi egregium hoc *Horologium* (is enim libro titulus) latine verſum et Notis adornatum, ab oblivione vindicaret. Hujus ergo Latinae verſionis IV editionem *in folio*, ad paginas prope ſeptingentas, praeter longiſſimas praefationes plures, et copioſum Indicem, diffuſam; ſed et poſteriorem aliam *in quarto* ad rei monſtroſae (mihi certe) fidem ſervo. O iniquam ſortem mortalium! quid enim profecto fiet in profunda barbari, quale jam non unum, ſaeculi caligine, melioribus literis proſcriptis et extinctis omnibus; cum tam erudita aetate tam multi reperiantur, qui σύρματα αἱροῦνται μᾶλλον ἢ χρυσὸν et frugibus inventis glande veſci gratum habent? Et memini, cum ante quinquennium in prodigioſum quendam librum, in Angliam tum primum advectum, *Etruſcarum Antiquitatum* titulo, multisque aeneis tabulis ſpectabilem forte incidiſſem, primo ſtatim conſpectu fraude deprehenſa, ad quam deprehendendam nulla non pagina libri, ne dicam linea, ſufficiat; indignationem publice teſtatum eſſe, et originem fraudis in quodam, qui tum forte ſub praelo erat, de *Uſu et conſuetudine* commentariolo detexiſſe. Comperi tamen poſtea fuiſſe, qui longe aliter ſenti-

rent,

rent, et tam bellas et ſpecioſas *Antiquitates* tam duriter acceptas dolerent: imo non defuiſſe, qui contempto noſtro aliorumque de illis veriſſimo judicio, ad loca ipſa, fideli tanti depoſiti cuſtodiâ venerabilia, per mare, per terras, magno ſtudio, quo res tam ſacras oculis uſurpaſſe ſuis, et manibus contigiſſe poſſent aliquando gloriari, contenderent. Sed ut ad *Antoninum* redeamus, Annus a parto Salutis Authore 1558 agebatur, cum primum *Guil. Xylander* Auguſtanus divinum hunc Antonini foetum, a Conrado Geſnero ex Bibl. Palatinae latebris erutum, protulit in lucem; et, ut erat induſtrius et in vertendis Graecis aſſiduus, Latine vertit, brevibusque Notis illuſtravit. De ejus verſione plura mox dicemus: ſed hoc in anteceſſum, ne viro docto pro ingenti beneficio gratias indignas rependamus: parum candide et ingenue facturum, qui poſt tot in hoc genere labores *Xylandri*, tot elucubratas majorum vigiliarum et voluminoſiorum ſcriptorum verſiones, ex hac una ſcripti tam puſilli, alias quidem, fateor, inaeſtimabilis, et non ex mole pendendi, ſed puſilli tamen unius verſione de meritis ejus et eruditione pronuntiare velit. Fateor illum in aliis quoque operibus non raro impingere, nec in exprimendis, quos interpretandos ſuſcepit, ſemper litare Mercurio; ſed id potius tamen viri laborioſiſſimi et ad alia ſemper properantis feſtinationi, quam linguae Graecae, cujus ut et Latinae fuit ille peritiſſimus, ignorantiae tribuendum cenſeo. In Antonino alia fortaſſe ratio: ad cujus intelligentiam non tam Graecae linguae peritia, quam veteris et inprimis Platonicae Philoſophiae cognitio neceſſaria. Certe quam non feliciter optimo viro verſionis hujus ſuſceptus ab eo labor aggredienti ceſſerit, ut non ignoravit ipſe, ita nec diſſimulavit, ut tum Praefationes ejus (quarum prima praecipue), tum Notae teſtes: in quorum altero ſagacitatem ejus, (ἀμφότερα δὲ καλὰ,

καὶ

καὶ τὸ ὅτι οὐκ ἴσμεν, εἰδέναι· καὶ τὸ γνῶναι ἃ οὐκ ἴσμεν· dicebat olim Hierocles) etiam ubi minus ſagax: in altero ingenuitatem merito laudemus. Sed quod in Graeci ſui codicis defectum culpam ſaepe rejicit, id ut ipſum vere credidiſſe concedamus, ita credendi cauſſas nullas idoneas habuiſſe certo perſuaſum habemus, et facile, ſpero, lectori, cum de eo agemus, non moroſo perſuadebimus. Caeterum cum princeps haec editio, Latina praecipue Xylandri verſio, Typographorum incuria tot ſcateret mendis, ut vel eo nomine Xylandrum vehementer ejus poeniteret et puderet; ſecunda meliori, novem plus minus annis interjectis, prioris illius maculas et dedecus eluere conatus eſt. Ea Baſileae a. d. 1568. adornata eſt. Sed viro doctiſſimo et occupatiſſimo ne hic quidem pro voto aut induſtriae merito reſpondit eventus. In verſione ſiquidem mendas typographicas haud paucas ſuſtulit: at quae propria erant ipſius παροράματα, typographicis longe moleſtiora, pleraque reliquit. In Graeco vero contextu, qui nulla re magis, quam turbatiſſima interpunctione, laborabat, parum aut nihil praeſtitit. Multis poſt annis, A. quippe D. 1626, Lugduni (Gallicae Celticae urbe) nova prodiit Antonini editio: commoda ſane forma, et typis non inelegantibus: caetera vero Xylandrina utraque longe depravatior. Non enim ex ſecunda meliori (quam videntur ignoraſſe, qui hanc procuravere) Baſilienſi, ſed priore Tigurina expreſſa eſt: et cum pleraque menda typographica primae ac praecipitatae illius editionis (qualia, *certum* pro *coetum: neque* pro *usque: ſubeſſe* pro *ſubſtantiae: ſomnus* pro *ſenſus: fatum* pro *foetum: aut* pro *autem: mon* pro *modo*, et id genus alia non pauca) retineat; propriis et ipſa cumulata eſt, in Graecis praecipue, maculis: ut tota ἕλκεσι βρύειν merito dici poſſit; ut omittam Notas additas; ſi Notae ſunt dicendae hominis (ne

quid

quid dicam gravius) audaciſſimi (ut cum τὸν αἰρόῦντα λόγον, quaſi inauditum et barbarum quid, emendari vult τὸν κρείττονα λόγον: cum pro τροπῇ, Platoni et Stoicis tam familiari verbo, τρόπῳ ſubſtituit, et ejusdem farinae alia) mera deliria. Iſtae ſunt omnes, quae quidem ad meam pervenere notitiam, Antonini editiones. Quis vero in tanta virorum doctiſſimorum, quantam noſtra haec et ſuperior aetas tulit, annona: tanta Commentatorum, qui alii ſuper alios veteres quosque ſcriptores certatim arripuere, turba, unius fere Antonini id peculiare fatum fuiſſe non miretur, ut incultus, impolitus, ἀνεξήγητος per tot ad hunc usque diem jaceret annos? Dicerem fortaſſe, difficultatem operis, toties a Xylandro commemoratam, plerosque ab incepto deterruiſſe, niſi arroganter id a me dictum videri poſſet, quod a me ſuſceptum ſit, (nam praeſtitum non dicam) id ab aliis ne ſuſciperetur, perficiendi difficultatem potiſſimum obſtitiſſe. Ego certe cum ante annos jam decem totos auguſti hujus operis non antea mihi viſi, ſed expetiti dudum, compos eſſem factus et in lectione progreſſus eſſem, quantum ad libri guſtum ſufficeret, ſic eorum, quae legeram et intelligebam, admiratione, pari delectatione juncta, protinus obſtupui, ut nullum non laborem libenter ſuſcepturus fuerim, nulli non oneri ſubiturus, quo ad caeterorum, ad quae mentis acies nondum penetraverat, intelligentiam pervenirem. Magna tum, memini, ſpes animum pertentabat, ſi forte exemplar, quo b. m. parens uſus fuerat, adipiſcerer, haud pauca reperturum me ad oras (quae in plerisque veteribus legendis ejus ſedulitas et diligentia) notata, quae magno futura eſſent auxilio: ſed eum cum humaniſſimi juxta ac eruditiſſimi viri *Patricii Junii*, Bibliothecae Regiae praefecti digniſſimi opera conſequutus eſſem, quam ſpe mea fruſtratus ſim, ipſum illum teſtor, optimae fidei nec minoris

in

in his judicii teſtem, omni exceptione majorem: loco enim emendationum aut conjecturarum, quas exſpectabam plurimas, plurimi ſe ſingulis fere paginis ὄβελοι ac χιασμοὶ, quibus quae pro mutilis aut corruptis haberet, notare ſolebat, obtulerunt. Ait Ariſtoteles et vere ait, ut mea fert ſententia (quod et hodierni Itali vulgari jactant proverbio) μᾶλλον ἕκαστα κρίνουσι, καὶ ἐξακριβοῦσι, οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες. Cum igitur, lecto ſemel iterumque libro, nova ſemper voluptate ad novam lectionem redirem, factum tandem eſt ſaepe legendo, ut quae prius ἄβακτα καὶ ἀνέφικτα tenebrisque plus quam Cimmeriis obvoluta videbantur, ea pleraque, pauciſſimis exceptis, adeo plana et expedita ſe praeberent, vix alius ut ſit ex veterum omnium librorum numero liber, quem mihi magis notum perſpectumque crederem. Qua ex re cum gaudium pro priori meo ſtudio deſiderioque, quantum par erat, perciperem, re tamen ipſa, quod a viris ſapientibus obſervatum memini, tunc expertus ſum, nullum tantum bonum eſſe, cujus privata et ſolitaria poſſeſſio, ſi non ingrata, certe pro rei merito jucunda ſit. Quare cum fictitium illum, ſtramineum, volgivagum Guevarae *Marcum Aurelium* etiam Anglice verſum eſſe comperiſſem; cum mihi privatim cum munere ſuſcepto nihil deinceps ex uſu magis quam linguae Anglicae promptus uſus, cujus non inutiliter excolendae haec opportunitas ſeſe offerebat; cum denique Latinorum et Graecorum librorum editiones (praecipue qui Cantuariae a Typographis et bibliopolis omnibus longe ſubmotus ſedem fixam haberem) non ſine multa difficultate his in terris procurari viderem; de vertendo in linguam Anglicam eximium hoc opus, magna ſpe concepta, fore, ut multis prodeſſet, ſi ſic verteretur, ut a multis intelligi poſſet, paucos poſt menſes, cum ipſe videram et legeram, apud me conſtitui: nec ante deſtiti, quam quod animo ceperam,

ram, Deo ceptis aſpirante, confeciſſem. De iſta verſione non aliud dicam, niſi viris in hoc regno (quod non unus coram teſtatus eſt) a dignitate, ſed et ab eruditione ſummis haud paucis rem feciſſe me gratiſſimam. Cum autem non pauci verſione delectati de Graecis edendis ſaepius interpellarent, dudum profecto eorum voluntati morem geſſiſſem, niſi quod, dum vacationis ab aliis negotiis et Londinenſis ad tempus commorationis opportunitatem expecto, interim non unius indicio ad me pervenit, *Thom. Gatakerum*, virum eruditione apud Anglos opinione celebrem, Graece, ut perhibebant ipſi, peritiſſimum, eam in ſe provinciam a longo jam tempore ſuſcepiſſe, ac prope jam defunctum eſſe. Ego cum, quod amicis inſtantibus opponerem, haberem, et otii quantum ſatis eſſet vix mihi pollicerer, moleſtiae autem ſatis in mundo praeſentiſcerem, facile in animum induxi, ut ab incepto deſiſterem. Verum poſt plurium annorum expectationem cum jam dubitare, qui ſpem excitaverant, animadverterem, cumque ea incidiſſent tempora Reipubl. ut animum munire optimis praeceptis tum a triſtiſſimis cogitationibus avertere quacunque ratione laborarem, memor quanta cum animi voluptate in verſione Anglica verſatus eſſem, ad Graeco-Latinam Antonini Editionem cum Notis, quae non multae quidem, pro ſucceſſivi temporis ratione, eſſent; ſed quae nihil tamen, dignus ubi vindice nodus, intactum relinquerent, mentem coepi convertere. Sed priusquam manum operi admoveo, virum illum doctiſſimum, de ſola dum fama mihi notum, conveniendum mihi credidi. Superioris anni Majus tum menſis agebatur. Quid multa? Poſt multos ultro citroque de Antonino ſermones tandem oſtendit mihi vir humaniſſimus ſcriptos manu tomos in quarto (ut loquimur vulgo) binos, bene ſpiſſos, quorum alter ipſum Antonini contextum cum Latina ver-

verſione continebat; prolixos alter in Antoninum Commentarios: utroque ea cura deſcripto, ut editioni paratos res ipſa loqueretur: paratos autem plures jam annos ita fuiſſe idem, qui oſtendit, aſſeverabat: at quando prodituri eſſent in lucem, cum, quae hactenus obſtiterant, eadem nunc eſſent impedimento, nihil aſſeverare ſe aut in ſe recipere poſſe profitebatur. Cum ego viciſſim conſilium ei meum de Xylandri verſione interpolanda et brevibus Notis addendis aperuiſſem, adeo non improbavit, ut laudaret etiam et ultro cohortaretur. Ab eo tempore, quidquid ab aliis ſtudiis et negotiis liberi temporis obtigiſſet, id huic uni curae curandae, donec confecta res eſſet, a me deſtinatum. Quid autem nobis hac editione propoſuerimus, id demum, ſupereſt, ut paucis hic exponamus. Ab ipſo, quod praecipuum eſt, Antonini *contextu* incipiemus: qui quidem, ſi Xylandro credimus, vix Antonini contextus dici mereatur. Eſt enim, ubi non Antonini hoc ipſius opus, ſed ἐκλογὰς duntaxat ex Antonino; ut in poſterioris editionis praefatione: eſt, ubi *mutilos miſereque decurtatos* hos libros; ubi *librum mutilum et plerisque locis interruptum interpolatumque*, ut in prioris: ubi denique *plerique lacera*, ut in Notis, ἀποτόμως pronuntiat. Hujus autem aſſertionis et judicii ſi quis a Xylandro cauſſam requirat, haec nimirum eſt, ſententiarum obſcuritas et incohaerentia. De poſteriore ut primum dicam: Eorum, quae ἀφοριστικῶς a veteribus per ſectiones et capitula tradita ſunt, eam eſſe rationem, ut ſectiones ſeu capitula nulla, niſi caſu, vel argumenti vel orationis ſerie copulaque cohaereant inter ſe, quis ignoret? Eam autem ἀμέθοδον μέθοδον veteribus ſapientiae magiſtris probatam et uſurpatam maxime, ut ex Solomonis, Theognidis, Phocylidis aliorumque Gnomologicis monumentis facile diſcimus; ita recentioris aevi viros acutiſſimos non defuiſſe video, qui ordine

dine vel exactiſſimo certas ob cauſſas (quas non eſt hic examinandi locus) anteponerent. Cum igitur tam certum ſit, quam quod certiſſimum, haec ἀθρόως et ἀφοριστικῶς (qualia et *Epicteti*, quod vocatur, *Enchiridii* pleraque, niſi ſi quis ingenii ſubtilitate fretus ἀσύγκλωστα κλώθειν aggrediatur) ab Antonino congeſta eſſe, nec aliam quaerendam ſeu verborum ſeu ſenſuum ἀλληλουχίαν, quam quae in ſingulis ſectionibus; magna pars obſcuritatis ſublata fuerit, ſi ſectiones (quae noſtri laboris pars non minima) recte ſecreveris et diremeris. Sectionibus recte riteque diſcretis et diremtis, ſi quae alia ſupereſt obſcuritas, inde potiſſimum eſt, quod Antoninus in veterum lectione tritiſſimus, eorum verba ſuis crebro, tacitis ipſis, ſic intertexat; ad intertexta (aut quae interdum in animo tantum habebat) ſuis ſaepe verbis tacite ſic alludat et intendat; ut haec animadvertere et dijudicare ſingula vix cujusquam fortaſſe ſit etiam diligentiſſimi: qui vero in veterum, Philoſophorum praecipue, lectione bene verſatus non ſit, eum nihil mirum, ſi in tam crebro τῆς ἀρχαιότητος et in ſenſibus et verbis πίνω crebrius offendat et haereat. Praeterea quis ab eo, qui ſecum loquatur et ſibi ſcribat uni, eam ſermonis expectet perſpicuitatem, quam ab eo, qui aliis, ut legatur et proſit, jure meritoque requiramus? Sed quidquid hujus ſit, ne quis ultra ſit huic exceptioni locus, aſſerere non verebimur, pauciſſima (quis autem liber antiquus tam planus et perſpicuus, ut Oedipo aliquo nullibi egeat? ut nodos etiam doctiſſimis inenodabiles nullos habeant?) in his libris eſſe, quae non integra modo, ſed et ad explicandum facilia praeſtare non poſſimus. Refutata obſcuritatis et ἀνακολουθίας calumnia, cur imperfecti ſint libri, nullum, quod ſciam, aliud argumentum: cur autem perfecti judicandi ſint, et optimae notae codicem eum fuiſſe, quo Xylander uſus eſt, et expreſſit typis, credi-

bile fit, cum alia poſſunt afferri, tum illud inprimis, quod, quaecunque extant apud Suidam (quae mihi quidem hactenus reperta) Antonini *Fragmenta*, quae paulo poſt inter Teſtimonia reperientur: quaecunque in *Excerptis* (de quibus in Notis, initio) nomen *Epicteti II.* praeferentibus Hoeſchelianis, ea cum editione Xylandri, variantibus aliquot lectionibus exceptis, per omnia congruunt. Qui igitur codici Xylandrino, ut optimae notae codici, multum deferremus, et Xylandrinam editionem ex illo (niſi quod ex Notis ejus quaedam in textum, neſcio an ipſo authore, temere recepta) fideliter expreſſam eſſe non levibus argumentis adducti judicaremus, et ipſam fideliter ut hic, quoad ejus potuit, ſolis mendis typographicis et minutioribus exceptis, exhiberemus, praecipue curavimus. Sed cum ſecundae ac melioris Xylandrinae editionis nullum exemplar, quod excudendum typographo traderetur, ſuppeteret, Lugdunenſis editionis exemplar, quod ſuppetebat, prius tamen a me collatum et ad meliorem illam editionem, quam potui, diligentiſſime correctum tradere coacti ſumus. Non mirum tamen, ſi quaedam noſtram, praecipue cum mens noſtra toties aliis longe curis ſollicitudinibusque interpellaretur, fugerunt diligentiam: quae pleraque aut in Notis aut in Erratis indicata ſunt. Depulſa imperfectionis invidia, non abs re fortaſſe fuerit, et illis hic paucis occurrere, ſi qui futuri ſunt, qui de *redundantia* querantur. Negari certe non poteſt, eadem ſaepius his libris (iisdem quidem plane verbis non multa, at non multum diverſis haud pauca) ingeri et inculcari. Hoc igitur objecturis quod univerſe reſpondeamus, hoc praeſto nobis eſt, Δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ, aut quod alicubi recte Seneca, *Nunquam nimis dicitur, quod nunquam ſatis diſcitur*. Sed Antoninum praeterea et hoc peculiariter excuſat, quod, ut de obſcuritate modo dicebamus, hoc quidquid

eſt

eſt operis, non id aliis, ut in vulgus emanaret et publice prodeſſet, adornavit: ſed ſibi privatim, (quamquam et aliis, dum ſibi, tanto Domino et Exemplo) ut in virtute proficeret, commentatus eſt: ut hinc quidem, quid ille ſibi ipſi, conſcientiae ſuae ſedulus et ſeverus ſcrutator, apprime utile et neceſſarium judicaverit, addiſcere poſſimus: judicio ejus ac memoriae iraſci, quod ab iisdem repetendis et inculcandis, quae ad profectum virtutis prima et ſumma haberet et quotidie experiretur, haud abſtinuerit, ſine ſumma iniquitate nequeamus. Ad *verſionem* quod attinet, eum Xylandro libenter honorem habuimus, ut ejus verſionem, niſi ubi res ipſa aliter poſtulabat et ſententiae ipſius intererat, ubique retineremus. Ingenue certe et candide ab illo factum eſt, quod *in quibusdam* (nec falſum dixiſſet, ſi in multis dixiſſet) *coactum ſe divinare et audacter a codice Graeco diſcedere*, agnoſcit ipſe: ſed et in alia praefatione, quam poſteriori editioni primam praefixit, non minus ingenue et vere, *quaedam in Antonino eſſe, quae prorſus non attingere praeſtitiſſet, quam conjiciendo aliena pro Antoninianis fortaſſis ingerere.* Hoc ſane vere dicere poſſumus, plurimas eſſe ſectiones, nec illas e breviſſimis, in quibus Antoninianae mentis et ſententiae in Xylandrina verſione neque vola neque veſtigium: ut illas omittam, in quibus quod erat, ita contrarium, ut nihil magis eſſe poſſit, expreſſit, aut potius, ut ipſe in Notis alicubi loquitur, ariolatus eſt: quae a nobis eo dicuntur, non ut viro docto νεκνικῶς inſultemus; cujus memoriae, ut caetera ejus merita omittamus, vel hoc uno nomine, quod Antoninum illi debeamus, ita favemus, ut ejus par eſt memoriae, qui maximo nos obſtrinxerit beneficio: ſed ut ſi qui noſtri in hac interpolanda et recenſenda verſione laboris et inſtituti parum candidi futuri ſunt interpretes, eis aliquid opponeremus. Muta-

tae vero verſionis, ubi dubitandi cauſſa erat, in Notis rationem reddidimus: ubi non erat, ut labori parceremus putido et ne obtrectandi materiam quaeſiviſſe videremur, libenter abſtinuimus. Quodſi non in promptu cauſſa ſemper, quae me movit, (etſi fieri poteſt, ut in quibusdam me quoque ratio fugeret) ut mutarem, Lectorem minus intelligentem oratum velim, ne, quorum ipſe rationem non ſtatim aſſequitur, ea ſtatim nulla ratione niti pronuntiet aut plane judicet. Sic exempli cauſſa, ipſo ſtatim initio, quod Xylander verterat, *Exiſtimatione parentis mei;* maluimus nos, *Exiſtimatione genitoris mei.* Erunt fortaſſe, qui ad τὸ γεννήσαντος, quaſi id melius *genitor* quam *parens* aut elegantius (quo quid puerilius?) verteretur, reſpexiſſe ſuſpicabuntur. Ego vero τὸν γεννήσαντα *parentem* Latine vulgo optime reddi non magis dubito, quam τὸν γεννήσαντα et τὸν πατέρα idem vulgo ſonare: ſed ut hoc loco τὸν γεννήσαντα conſulto dixit Antoninus, ut naturalem patrem, qui genuerat, ab eo, quem πατέρα cap. 13. Παρὰ τοῦ πατρὸς etc. nuncupat, qui ſcilicet adoptaverat, diſtingueret, ita *qui genuit* hic, vel *genitorem*, quam *parentem*, cum *parentis* latior interdum ſoleat eſſe (quo ſenſu Capitolinus in vita Marci, *Omnibus parentibus ſuis tantam reverentiam* etc. capiendus) ſignificatio, ad Antonini mentem propius accedere credidi. De *Sectionibus* ſeu *Capitulis* jam diximus aliquid: ſed eſt porro quod dicamus, quia in eorum diviſione et partitione multum ſitum eſt. Nobis in hac, quam hic exhibemus, partitione non id propoſitum fuit, ut ſingulos κανόνας, ſeu ſingula, quae vocat Antoninus κεφάλαια et interdum παραστήματα, ſeorſim repraeſentaremus, ſed ut ea (plura an pauciora eſſent) eisdem ſectionibus includeremus, quae conjuncta perſpicuitatem, obſcuritatem divulſa peperiſſent. In plurimis autem, ubi ſententiae nihil intereſt, ſive conjuncta legantur, ſive ſe-

para-

parata, arbitrio meo uſus ſum, nulli legem impoſiturus, quin aliter per me liceat ipſi diſponere. Hoc tamen praemonitum velim lectorem, temere facturum, qui non ſemel iterumque lecto toto libro et attente lecto, de novo cogitabit ordine: quid enim in ſingulis ſectionibus, ubi aliqua difficultatis aut obſcuritatis ſuſpicio, ſpectaverimus, illi demum intelligent, qui frequenti lectione totum illum adeo ſibi familiarem reddiderint, ut de ſingulis partibus ex toto, quod toti maxime conveniat, judicium facere poſſint. Exempli cauſſa, lib. IV, c. 6., ubi nos novae ſectionis initium facimus, Ταῦτα οὕτως ὑπὸ τῶν τοιούτων etc., erunt fortaſſe, qui connecti cum ſuperioribus iſta debuiſſe, nihil ultra providentes, ſola, quae ante oculos ſunt, cogitantes cenſebunt: qui eadem fortaſſe cum ſequentibus iſtis, ὅλως δ' ἐκεῖνο μέμνησο etc. etc. Ἆρον τὴν ὑπόληψιν etc., conjuncta eſſe non minus improbabunt, quod ratio cohaerentiae non appareat. At iidem ſi cogitaverint, Antonino ſolenne eſſe, quoties ad alienam improbitatem patienter ferendam ſe hortatur et neceſſariis praeſidiis (quod facit ille ſaepiſſime, neque aliud puto fuiſſe, quod magis ipſum exercuerit) ante munit, duplicem neceſſitatem ponere; aliam generalem, reſpectu mundi, cujus ordini maxime conſentaneum eſſe (ita quidem ille, nec ille ſolus, ſed alii plures tum philoſophi tum theologi veteres chriſtiani plùribus adſtruunt), ut improbi permittantur, afferit: aliam particularem, quod, iſtis opinionibus poſitis, tales actiones, tales mores conſequi (unde et illud ſequitur, invitos quodammodo peccare, qui opinionibus abrepti peccant) neceſſe ſit: ut autem neceſſitatem, ita et aevi brevitatem, ut praeſentiſſimum ad compeſcendam iram remedium paſſim inculcare: eundem denique omnes iraſcendi cauſſas ad falſas et imaginarias (quibus indulgere ſtultum ſit, quasque admittere vel excludere noſtri ſit arbitrii)

opiniones referre ſolere: qui haec, inquam, cogitaverit, illa omnia, quae ſectionis iſtius ambitu comprehendimus, eodem pertinere nec ſeparari debuiſſe confeſſurus eſt. Quid nobis propoſuerimus, et quibus adducti rationibus, hactenus praefati ſumus. Sed propoſitum tamen adhuc reſtat primarium καὶ τὸ ἀρχιτεκτονικὸν τέλος indictum nobis, quod uno verbo expediam, *prodeſſe* et iis potiſſimum gratificari, quibus virtus et vera pietas cordi eſt et vitae finis. Ego illum, quicunque tandem ſit, optime Antoninum intelligere exiſtimabo, quisquis ita leget, ut per eum in vita proficiat. Hoc tibi, Lector, quisquis es, opto voveoque ex animo: ſi et tu mihi, non aliud a te meae qualiscunque induſtriae praemium poſtulo. Vale.

THO-

THOMAE GATAKERI
PRAELOQUIUM,

in quo de disciplina Stoica, cum Sectis aliis, Peripatetica et Academica Vetere, Epicurea vero praecipue, collata; deque eorum, qui hanc secuti sunt, quae supersunt, Senecae, Epicteti, Marci nostri cumprimis, scriptis differitur: Operisque hujus totius ratio et institutum exponitur.

Stoicam disciplinam, prae caeteris Philosophorum priscorum Sectis, ad dogma christianum proxime accessisse, e nostris qui censuerint, non desunt. Et Josephus quidem Judaeus, ubi *vitae suae* rationem denarrat, de *Pharisaeorum*, quam apud suos αἵρεσιν ἀκριβεστάτην fuisse [a] Paulus pronuntiat, quamque horum uterque, et Josephus et Paulus, aliquando sectatus fuerat: [b] ἡ Φαρισαίων, inquit, αἵρεσις παραπλήσιός ἐστι τῇ παρ' Ἕλλησι Στωικῇ λεγομένῃ. *Pharisaeorum Secta ei est affinis, quae Graecis Stoica nuncupatur.* Hieronymus vero noster verbis plane disertis, [c] *Stoici*, inquit, *nostro dogmati in plerisque concordant.* Et in multis quidem convenire, ambigi non potest, si quis instituti utriusque περὶ τῶν πρακτέων regulas legesque secum invicem contulerit: in pluribus etiam, opinor, quam Secta alia ulla; quum nulla, credo, comperta sit, quae pietatis ac virtutis studium exercitiumque aut pluris faciat,

a) Paul. ap. Lucam, *Act.* XXVI, 5.
b) *Joseph.* in Vita sua, de bello Judaico libris subjuncta.
c) In Esaiam Comment. c. 11.

aut altius evehat, aut fortius ſpiret, aut penitius inculcet, aut enixius provehat.

Hoc quo clarius eluceſcat, de Sectis eminentioribus quibusdam cum iſta collatis videbitur. Atque hic mitto Pythagorae, d) myſticam an magicam dixerim, diſciplinam, cujus rudera duntaxat et λείψανα disjecta jam ſuperſunt. *Aureum* enim *carmen*, quod hujus nomine proſtat, ejusdem eſſe notae cenſent eruditi cum Phocylidae *Monitorio*, ſuppoſititium utrumque. Sed nec in ullo numero habendam exiſtimem, aut Cynicorum affectatam illuviem, foedaque in propatulo etiam perpetrata e) χειρουργήματα (quos f) *a Stoicis tunica tantum diſtare*, haud rite pronunciaſſe videtur Satiricus, cum illi g) obſcoenitates iſtiusmodi, ſordesque etiam, h) tanquam a natura humana alienas, ſint averſati): aut Academiae etiam Novae ἀκαταληψίαν, quae cum ſenſibus tam externis quam internis fidem omnem detrahat, i) mentisque pariter ac corporis oculos penitus

d) Vid. Pythagorae Vita ap. *Laërt.* l. VIII. et a *Jamblicho* conſcripta, cap. 13. 14. 23. 24. nec non Jamblichi Vita apud *Eunap.* in Vit. Sophiſtar.

e) De quo videri poterit, ni pudor prohibeat, *Dio Pruſ.* Orat. 6. in Diogen. ſive de Tyranno, et Laërt. l. VI. in Diogen. quo loco vim vocabuli non aſſecutum Ambroſ. Camald. Interpretem, non eſt mirum, quum *Henr. Stephanus* praeterierit.

f) *Juvenal.* Sat. 13.

g) Proinde Zeno αἰδήμων πρὸς τὴν κυνικὴν ἀναισχυντίαν, a Cratete defecit. *Laërt.* l. VII.

h) Τὸ καθάριον πάντως ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου περιέχεται· καὶ εἴ τινι ἄλλῳ, καὶ τούτῳ τῶν ζώων χωρίζεται. *Epict.* Diſſ. l. IV. et per totum cap. 11. quod his verbis claditur: Πᾶσα ἐκτροπὴ ἀπό τινος ἀνθρωπικοῦ γίνεται· αὕτη δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ μὴ ἀνθρωπικὴ εἶναι. *Natura homo mundum et elegans animal eſt.* Senec. Ep. 92.

i) *Epictet.* Diſſ. I, 5. II, 20. *Senec.* Ep. 88.

nitus revellat, hominem nec rationis particeps animal esse patitur.

Ad illos accedo, qui Philosophiam nobis excultiorem dederunt, Scholasque frequentiores, ampliores, illustriores habuerunt. Ex his sunt, qui e Platonis Gymnasio prodiere, *Academici Veteres*, et Peripatetici: quos quia [k] *nominibus* solis *locisque* (cum *Academiam* alteri, *Lyceum* alteri tenerent) a se invicem *divisi*, *rebus* interim *conveniebant*, una junxisse, compendio dabitur. Inter istos cumprimis emicuit Aristoteles. Is in scientiis disciplinisque omne genus tradendis, *Logica*, *Rhetorica*, *Poëtica*, *Politica*, *Oeconomica*, *Ethica*, *Physiologica* [l], ad [m] miraculum usque tantum praestitit, ut plus illi hac in parte totus eruditionis humanioris circulus debeat, [n] quam priscorum, non dico uni alteri alicui, sed eis, quorum saltem ad aetatem hanc scripta perennarunt, etiam universis. Nam quod *) *Platonem* hujus Magistrum, familiaeque illius utriusque parentem excipere solent, qui huic alioqui primas deferunt; haud advertisse satis videntur, Platonem non tam in disciplinis tradendis, quam in sui temporis [o] Sophistis, sub persona Socratis,

k) *Cic.* Academ. I.

l) *Musicam*, *Mathematicam*, *Medicam* non adjicio, quia periisse videntur, quae de his scripsisse discimus ex *Laërtii* laterculo: sed nec Metaphysicam, quia nomen priscis illis ignotum; aliudque plane sonat τὰ μετὰ τὰ φυσικά.

m) *Talem esse unum hominem, miraculosum est potius, quam humanum. Averroës* in Prooem. Phys.

n) *Aristoteles meo judicio in Philosophia prope singularis. Cic.* Acad. l. IV.

*) *Aristoteles, excepto Platone, Philosophorum princeps. Cic.* de Fin. l. I. cf. Tuscul. l. I.

o) *Sophistas* e Platone intelligimus lusos *a Socrate. Cic.* de Fin. l. II.

tis, defricandis, ludendis, traducendis, refellendis, horum phaleris detrahendis, fucis detergendis, tricis exſolvendis, operam maxima ex parte collocaſſe. Unde natum, ut in *Dialogis* plerisque, per anfractuoſas diſceptationum ambages, artificio ſingulari ſibi invicem implicatas et innexas, in immenſum ferme protracta diſſertationis ſerie, veri certique ſitiens lector, niſi quod dictionis amoenitate, inventionis varietate, ſtructuraeque elegantia, quae feſſum interim reficiant, dum delinitur detinetur, logis longis ac lacinioſis paene delaſſatus, cum p) quod pro certo ſtatuatur, nihil occurrat, in quo pedem figat, nec jam animi pendens, opinatione dubitationeque omni depoſita, firmus conſiſtat, ac ſecurus acquieſcat, vix aut ne vix quidem deprehendere queas.

Ariſtotelem itaque ſeligemus, qui in iis, quae ad mores formandos, vitaeque rationem rite inſtituendam pertinent, (de his enim jam agimus) reliquorum nomine ſententiam feret. Is poſt Platonem, cum agmine utroque dicto, in tres claſſes *Bona* diſpeſcit univerſa, *animi*, *corporis*, et quae *extra horum utrumque* conſiſtunt, vitae hujus adminicula. Quamvis autem *animi bona praeſtantiſſima* eſſe cenſeat, et *per ſe* maxime eſſe *expetenda* concedat; tanta tamen poſteriora duo iſta facit, tantumque q) ad ſortem beatam conſtituendam momenti viriumque eis

p) *Platonis in libris nihil affirmatur; et dum in utramque partem multa diſſeruntur, de omnibus quaeritur, nihil certi dicitur.* *Cic.* Acad. l. I.

q) Τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συντίθεμεν. *Ariſt.* Eth. Magn. I, 2. Προσδεῖται γὰρ ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐκτὸς, καὶ τῆς τύχης. *Idem* Eth. Eudem. VI, 13. *Multi et magni Philoſophi haec ultima bonorum juncta faciunt; ut Ariſtoteles, qui virtutis uſum cum vitae perfectae proſperitate conjunxit.* *Cic.* de Fin. l. II.

eis tribuit, ut r) virum virtute licet universa instructum, sed alteris illis orbatum ac destitutum, *beatorum* numero eximat, praesertim s) si in adversa graviora, calamitatesque insigniores inciderit; ista siquidem, ubi incursaverint, *beatitudinem*, quamquam t) *mutatu haud facilem*, u) *intercidere* tamen, *abrumpere* et *corrumpere* prorsus.

At Stoici adeo nihil hanc in partem efficaciae corporeis externisque istis permittebant, ut prae animi illis nec in *bonorum malorumve* censu collocanda censerent; sed pro rebus *mediis* prorsus haberent, quae in neutram partem momenti multum conferrent: cum a) *nihil bonum* statuerent, *nisi quod pium, justum, humanum, honestum* foret; *nihil malum, nisi quod impium, injustum, inhumanum, inhonestum* existeret. Proinde

mise-

r) Ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν οὐκ ἐνδέχεται εὐδαίμονα εἶναι. *Arist.* Eth. Magn. II, 8.

s) οὐ μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ. *Arist.* Eth. Nicom. I, 10. Οἱ δὲ τροχιζόμενον καὶ ταῖς δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα εὐδαίμονα εἶναι φάσκοντες οὐδὲν λέγουσι. *Id.* Magn. VI, 13.

t) οὐκ εὐμετάβολος.

u) Θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον. Ibid. *Id.* Eth. Nicom. I, 10.

a) Τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δὲ οὐδέτερα· ἀγαθὰ μὲν τὰς ἀρετάς· κακὰ δὲ τὰ ἐναντία· οὐδέτερα δὲ, ἃ μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει, οἷον ζωὴ, ὑγεία, ἡδονὴ, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος, δόξα, εὐγένεια. *Laërt.* VII, Zen. Μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν, οἴδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία. *Clem. Alex.* Strom. l. V. Mox post nonnulla ejusdem notae interjecta, ταῦτα θρυλλοῦσιν οἱ Στωϊκοί. *Unum bonum est, quod honestum est: caetera falsa et adulterina bona sunt.* Senec. Epist. 71. *Nihil est bonum, nisi quod honestum est.* Idem Ep. 120. Sed et *Ambros.* noster, idem *Scripturam asserere*, Offic. II, 3. *Media sive indifferentia vocamus, quae nec bona nec mala, morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem.* Senec. Ep. 82.

miſerum eſſe *inſipientem*, *iniquum*, *improbum*, *impium* quemque, quantumcunque, quae aliis habentur, *bonis*, *corporeis exterisque inſtructus ſuffultusque vitam exegerit*, b) *beatum* contra *bonum piumque* quemlibet, quantumcunque *malis*, quae caeteris reputantur, *obſtrictus divexatusque aevum transegerit*. Hunc denique ſolum *ſapere*, vere *liberum* eſſe, *ſui compotem*, *numini charum*, *cujus ſub tutelâ curaque*, *cum perpetim agat*, ſolum poſſe c) *ſecurum malique omnis metu immunem* degere, utpote d) *cui mali nihil aut viventi aut morienti obtingere permiſſurus is ſit*, e) *cui ipſe regundum ſe totum permiſerit: nec poſſe ita-*

b) *Virtus ad vitam beatam per ſe ipſa ſatis eſt.* [Hac praedito] *adjice caecitatem, debilitatem, dolores continuos et graves, non ſit miſer, quem tam multa mala in miſeram vitam non transferunt, nec ex beata quidem educunt.* Senec. Ep. 91.

c) Διὰ τί γὰρ φοβηθήσεταί τι τῶν γινομένων ἐν ἀνθρώποις; ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν Καίσαρα συγγένεια ἱκανὴ παρέχειν ἐν ἀσφαλείᾳ διάγοντας καὶ ἀκαταφρονήτως, καὶ δεδοικότας οὐδ' ὁτιοῦν· τὸ δὲ τὸν θεὸν ἔχειν ποιητὴν καὶ πατέρα καὶ κηδεμόνα, οὐχ ἡμᾶς ἐξαιρήσεται λυπῶν καὶ φόβων; *Epict.* Diſſ. I, 9.

d) Ἓν τοῦτο δικνοεῖσθαι δεῖ ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἔσται ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεοῦ τὰ τούτων πράγματα. Socr. apud *Platon.* in Apol. *Pro certiſſimo habeatur, quod dicturus ſum. Nec cuiquam bono quidquam mali evenire poteſt, nec vivo nec mortuo, nec unquam res eorum a Deo negligentur.* *Cic.* Tuſc. l. I. *Epict.* Diſſ. III, 26. Ecquid haec, quam quae *Solomon* Paroem. I, 33. et *Paul.* ad Rom. VIII, 28.

e) Ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ, καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη Ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος· Ὡς ἕψομαι γ' ἄοκνος. *Cleanth.* ἐπὶ παντὸς εὐκτέον ταῦτα. *Epict.* Enchir. c. 52. Diſſ. III, 22. *Duc me parens celſique dominator poli, Quocunque placuit: nulla parendi mora eſt; Aſſum impiger.* Senec. Ep. 107.

itaque fieri, ut vel forte beata unquam excidat, vel in calamitates ullas ejusmodi incidat, quae beatitudinem incidendo miserum faciant. Et haec quidem fuerunt Stoicorum dogmata, in quibus quatenus tam Peripateticos quam et Academicos veteres transcendebant, eo ad regulam populo christiano praescriptam illis utrisque propius utique accesserunt.

Etiamsi autem concedere nequeam, quod post [f]) Antiochum [g]) Cicero, post Ciceronem [h]) Augustinus, ab istis illos *vocabulis* tantum *discrepantes, rebus* interim *convenisse*, cum hoc apud [i]) Ciceronem Cato nervose et luculenter satis refellere videatur; nolim tamen diffiteri, quod Orator celeberrimus ille, [k]) *honestum* saltem *inter hos certamen* fuisse, cum *omnis* esset *de Virtutis dignitate contentio;* hoc tantum interesset, quod partes *primas* alteri, alteri *totas* integrasque virtuti concederent. Caeterum Epicuri hortulos cum Zenonis porticu, *Voluptatis* magistros cum *Virtutis* patronis, molles cum rigidis, discinctos et dissolutos cum alte cinctis, arcte strictis, committi et in certamen descendere [l]) indignissimum plane videtur, et a ratione omni alienum non immerito habeatur. Nec defuere tamen istud qui tentarent: idque, quod mirum magis minusque ferendum, ex eis etiam, qui Stoicis nomen dederant, horum saltem in classe locum ambiebant. Sed quid in hunc sensum proferatur, audiamus ab eo, qui Stoicus ipse haberi volebat.

[m]) *Non est*, inquit, *quod putes magnum, in quo dissidemus.* Exiguum scilicet spatiolum interjectum fuerat, quod utrosque

f) *Cic.* de N. Deor. l. I.
g) *Cic.* de Fin. l. IV.
h) *Augustin.* de Civit. Dei IX, 4.
i) *Cic.* de Fin. l. III.
k) *Cic.* ibid. l. II.
l) χαλεπὸν ἐλευθέρῃ γυναικὶ πρὸς πόρνην μάχη, *dura res, matronae cum meretrice contestatio. Menand.* ap. Cyrill. adv. Julian. l. VII.
m) *Senec.* de Vit. beat. c. 13.

que a ſe invicem diſpeſceret, cum *Virtuti* illi *totum* deferrent, *Voluptatem* iſti pro *bono* vel *ſummo* vel *ſolo* etiam haberent.

Sed, n) *Quam*, inquit, *virtuti legem dicimus*, *ille dicit voluptati.* At Stoici *Virtuti legem non dicunt*, *a virtutis norma legem accipiunt* ipſi. Nec ſi eadem ſuis, quae et illi in nonnullis praecipiunt, ideo non longe a ſe invicem diviſi exiſtunt. Ecquis *Medicum* a *Philoſopho* non diſtare multum dixerit? Eadem tamen ſuis in victu vitaque communi praecipiunt iſti, praeſcribunt illi. Medicorum principem et parentem audiamus: o) Πόνοι, inquit, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια· πάντα μέτρια. *Labores*, *eſcae*, *potiones*, *ſomni*, *venerea*; *moderata ſunto omnia.* Ecquid aliud Philoſophus, ſive Stoicus, ſive Epicureus etiam, ſive alius quilibet? ſed aliis plane rationibus, et diverſis prorſus, ſinguli. p) *Finem*, ajunt, *dare appellationem* et *in re ethica formae rationem habere.* Iſtic ergo vere uſurpatur, quod diverbio vulgari dicitur, q) Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα, *Fines Myſorum ſunt Phrygumque diſſiti*: nec ſecus r) *Medici et Philoſophi*, *Epicurei et Stoici* fines ſunt diviſi. Medicus ſiquidem valetudini proſpicit, ne in morbum mutet; Epicureus voluptati, ne in dolorem vertat; Stoicus virtuti, ne a tramite iſtius vel tantillum declinando in vitium protinus proruatur. Toto denique, quod ajunt, coelo a ſe invicem ſunt diſſiti, quorum alteri *Virtutem* tanquam Reginam legi-

n) *Senec.* de Vit. beat. c. 13.

o) *Hippocrat.* Epidem. l. VI. Sect. 6. §. 5. et ex Hipp. *Galen.* Hortat. c. 6.

p) Ὁρίζεται ἕκαστον τῷ τέλει. *Ariſtot.* Ethic. l. III, c. 7.

q) *Strab.* Geogr. l. XII.

r) Χωρὶς τὰ φιλοσόφων καὶ ἰατρῶν, ὥςπέρ τινων Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. *Plutarch.* de Valetud. Praecept. quod idem de *Vatibus* et *Philoſophis* uſurpavit *Damaſcius* in Vit. Iſidori, a *Suida* adductus, quem ex *Photio* alibi reſtitutum damus.

legitimam, Principem juſtum, cui caetera concedant omnia, in faſtigio ſummo collocant; *Voluptatem* huic vix in famulitium etiam admittunt, quae vel ad pedes ſubſerviat, vel a tergo ſubſequatur; alteri *Virtuti* de Principatu dejectae *Voluptatem* ſubſtituunt, [s]) cui in ſolio regali ſedenti, ancillulae inſtar, adſtet illa, hoc duntaxat officium ſuum ducens, Dominam in aurem admonere, caveat, ne quid perficiat, a quo dolor aliquis oriatur.

Sed, [t]) *ſancta*, inquit, *et recta praecipit Epicurus;* imo *rigida* et *triſtia*, *fortia* etiam, *ſi propius acceſſeris.*

Et propius igitur accedamus, quo penitius et accuratius introſpiciamus: idque eo lubentius, quia [u]) multos monet Orator hac Offucia allectos Epicureas partes ſequi, quia *recta et honeſta* ipſum plurimum facere putant.

Sancta ergo ſcilicet praecipit is, cui [x]) *numen rerum humanarum curam nullam plane gerit:* cui [y]) πρᾶγμα ὁ θεὸς οὔτε αὐτὸς ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει, [z]) *negotii quidquam Deus nec ipſe habet, nec alteri exhibet:* quod impii illi olim faecibus ſuis immerſi infixique Judaei: [a]) *Deus nec beneficio nec maleficio quemquam eſt affecturus;* [b]) *nec propitius eſſe, nec iraſci cuiquam poteſt:* qui denique, uti gloriantur aſſeclae ipſius, [c]) *primus ad-*

s) Vid. Cleanthis pictura ap. Cic. de Fin. l. II.

t) *Senec.* ubi ſupra. Ep. 33. et alibi.

u) *Cic.* de Fin. l. I.

x) *Semota a rebus noſtris, ſejunctaque longe; Nec bene pro meritis capitur, neque tangitur ira. Lucret.* I.

y) *Senec.* ἀποκολοκυνθ. — τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥςτε οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται. *Epicur.* ap. *Laërt.* l. X.

z) *Cic.* de N. Deor. l. I.

a) *Zephan.* I, 12.

b) *Cic.* in Piſon.

c) *Lucret.* de Rer. Nat. l. I.

adverſus numen coeleſte oculos attollere eſt auſus, d) *omnemque funditus* (quantum in ipſo fuerat) *religionem ſuſtulit.*

Recta vero ab eis quaenam, aut quorſum quis exſpectet? *qui* e) *amicitiam, fidem, juſtitiam, virtutem ullam, niſi* f) *proprii vel emolumenti, vel oblectamenti intuitu, nec colant, nec colendam cenſeant; (cum* g) *nihil horum per ſe bonum, ſuique cauſſa expetendum exiſtiment;) qui* h) *honeſtum ipſum inanem ſine re ſubjecta ſonum, nec tam ſolidum, quam ſplendidum, nomen pronuntiant; quin* i) *nec flagitio, facinore, ſcelere ullo, quod voluptatem conciliet, lucellumve pariat, propter ſe abſtinendum ſtatuunt, (cum* k) *hujusmodi nihil ex ſe malum reputent) niſi ſupplicii,* l) *damni, mali alicujus inſeculturi metu coërceantur; nec a numine hoc (a quo iram vindictamve ob iſtiusmodi quidquam vel exſpectare vel formidare vanitatis et ſuperſtitionis nomine non da-*

d) *Cic.* de N. Deor. l. I.

e) *Quia haec benevolentiam conciliant, et, quod aptiſſimum eſt ad quiete vivendum, caritatem.* Torquat. ap. *Cic.* de Fin. l. I.

f) *Quia tutiorem vitam et voluptatem efficiunt pleniorem.* Idem ibid.

g) *Ne juſtitiam quidem recte quis dixerit per ſe optabilem; ſed quia jucunditatem afferat.* Idem ibid. τὰς ἀρετὰς διὰ τὴν ἡδονὴν αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτάς. Epicur. ap. *Laërt.* l. X. *Nihil juſtum eſſe natura* et *crimina vitanda eſſe, quia metus vitari non poſſit. Senec.* Ep. 97.

h) Torquat. ubi ſupra.

i) *Nihil tam turpe, quod hominum conſcientia remota non facturus videatur. Cic.* Fin. l. II. V. *Senec.* ſupra.

k) Ἡ ἀδικία οὐ καθ' ἑαυτὴν κακόν· ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς. Epicur. ap. *Laërt.*

l) *Plus* hinc *in ipſa injuria detrimenti eſt, quam in eis rebus emolumenti, quae injuria exiſtunt.* Torqu. ubi ſupra.

damnant tantum, verum etiam derident), ſed m) *ab hominum conſcientia, qui ab iniqua et ſceleſta perpetrantibus poenas exigere ac vindictam ſumere, ſive pro auctoritate publica, ſive pro viribus privatis, valent; hos autem* n) *latendi fiducia nulla poſſit unquam haberi.*

Sed pergamus, et *rigida* ac *triſtia* iſta Epicurea videamus, ut o) *imperitorum ſcil. errore ſublato*, ex horum patrono intelligamus, *ea, quae voluptaria, delicata, mollis habetur diſciplina, quam gravis, quam continens, quam ſevera ſit.* p) Epicurus ergo ipſe τοὺς ἀχολάστους καὶ ἀσώτους caſtigat et damnat, *qui voluptatis ſpecie objecta allecti, praeſentium deliciarum blanditiis deliniti, cupiditateque enormi corrupti et occoecati, luxuriis ac libidinibus conſtringendos ſe temere tradunt, nec quid porro eventurum ſit, quos morbos, quos dolores excepturi ſint, provident.*

Verum quo fundamento iſtos reprehendat, extrema haec ſatis liquido produnt. q) *Luxuriam* utique *ſeverus* iſte *per ſe, aut propter ſe reprehendendam non putat;* ſiquidem r) *Voluptas omnis*, inquit, *bonum eſt:* (ita nec ex turpiſſima re ulla perceptam excludit.) Et, s) *ſi ea*, inquit, *quae ſunt luxurioſis efficien-*

m) Οὐκ ἔστι τὸν λάθρα τι ποιοῦντα πιστεύειν, ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ὑπὸ τοῦ παρόντος λανθάνῃ· μέχρι γὰρ καταστροφῆς ἄδηλον εἰ καὶ λήσει. Epicur. ap. *Laërt. Eleganter Epicurus, Poteſt nocenti contingere, ut lateat, latendi fides non poteſt.* Senec. Ep. 97.

n) *Tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt.* Senec. ib.

o) Torquat. ap. *Cic.* de Fin. l. I.

p) Torquat. ibid.

q) Torqu. ibid. et *Cic.* de Fin. l. II.

r) Πᾶσα ἡδονὴ ἀγαθόν. Epicur. ap. *Laërt.*

s) *Epicur.* in κυρίαις δόξαις, *Cicerone* interprete de Fin. l. II. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς

efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum et mortis et doloris metu, docerentque, qui essent fines cupiditatum, nihil esset eorum, quod reprehenderem, cum undique implerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aut dolens, aut aegrum, aut malum. Ita nec luxurioſos ob eam cauſam reprehendit, quia luxurioſe vivant; probat potius et collaudat, quia voluptatibus omni ex parte complentur; modo caetera caveant, quorum primum quidem et praecipuum eſt, ut omnem numinis e mentibus metum excutiant. Qua ergo ratione caſtigat aſotos iſtos damnatque Epicurus? quia utique [t]) *Voluptates*, quas immodice ſectantur iſti, *Voluptatem* ipſam *multis modis conturbant et corrumpunt*, dum iſtis procurandis et proſequendis, [u]) *in morbos graves, in damna, in dedecora incurrunt, ſaepe etiam legum judiciorumque poenis obligantur.* Haec ſcil. *rigida*, haec *ſevera*, haec *triſtia* ſunt, quae ſuis praecipit Epicurus. Voluptatibus vel foediſſimis vel obſcoeniſſimis indulgeant totosque ſe dedant, concedit; caveant duntaxat, ne uſu an abuſu immodico vel morbum contrahant, vel facultates profundant, vel infamiam attrahant, vel legibus indicta in ſe arceſſant ſupplicia.

Sed temperantes, ſobrii, bonaeque frugis fuiſſe referuntur, ex eis, qui *Voluptatis* tamen *patroni* ac *magiſtri exſtitere*, eam-

τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε τῶν μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνος, ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅτι μεμψαίμεθα αὐτοῖς, πανταχόθεν ἐμπληρουμένοις τῶν ἡδονῶν, καὶ οὐδαμόθεν μήτε τὸ ἀλγοῦν, μήτε τὸ λυπούμενον ἔχουσιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ κακόν. *Laërt.* l. X.

t) Τὰ τινῶν ἡδονῶν ποιητικὰ πολλαπλασίους ἐπιφέρει τὰς ὀχλήσεις τῶν ἡδονῶν. Epicur. ibid.

u) Torquat. ap. *Cic.* de Fin. l. II.

eamque pro *ſummo bono* habuerunt. x) Gloriatur utique Epicurus ipſe, *aſſe non toto ſe paſci; Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto.* y) *Diffluere ſe corpuſculi voluptate profitetur, aqua et pane veſcentem, epulasque ſumptu magno comparatas deſpicere et deſpuere:* z) *aquam et polentam ſi habuerit, Jovi ipſi de felicitate controverſiam facturum:* a) *ſummam enim iſta voluptatem exhibere, ubi indigentia affectus ea quis ſumſerit,* b) *nec minorem voluptatem ex victu tenuiſſimo et contemtiſſimis eſcis et potionibus percipi, quam ex rebus ad epulandum exquiſitiſſimis, ubi quidquid dolorem creat, eis ſublatum fuerit.*

Et Eudoxo quidem, qui, Epicuro prior, de *Voluptate* huic gemina tenuiſſe et tradidiſſe videtur, c) *temperantiae et ſobrietatis in victu inſignioris teſtimonium perhibet Ariſtoteles luculentum: qua etiam* d) *vitae ratione fidem dogmati ſuo ampliorem conſecutus; utpote qui* e) *non affectu vitioſo, aut partium*

ſtudio,

x) *Senec.* Ep. 18.

y) Βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος· καὶ προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς. Epicur. ap. *Stob.* tom. II. tit. 17.

z) Ἑτοίμως ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι, μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Idem ap. eundem, ſed vitiatus et ſic reſtituendus: quam vocem ἀσεβείας notat *Clemens Alex.* Strom. l. I, ac amplius intendit et extendit *Seneca* Ep. 110. *Faciamus*, inquit, *oro te, etiamſi iſta defuerint.* Et ipſe Epiſt. 25. *Intra haec quisquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Jove de felicitate contendat.*

a) Καὶ μάζα καὶ ὕδωρ τὴν ἀκρωτάτην δίδωσιν ἡδονήν, ἐπειδὰν ἐνδεών τις αὐτὰ προσενέγκηται. Epicur. ibid.

b) Idem ap. Cic. de Fin. l. II. Οἱ λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελεῖ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν περιφέρουσιν, ὅταν ἅπαν τὸ ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ ap. *Laërt.* l. X.

c) Διαφερόντως ἐδόκει σώφρων εἶναι. *Ariſt.* Eth. I, 10.

d) Ἐπιστεύοντο οἱ λόγοι, διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετήν. ibid.

e) οὐχ ὡς φίλος τῆς ἡδονῆς.

ſtudio, ſed judicio incorrupto f) *et veritatis vi victus* g) *de principatu pro voluptate ſententiam tuliſſet.* De Epicuro vero ambigi non immerito poteſt; quem Timochares narrat, non *aſſem nec totum*, ſed h) *minam* integram *in victum diurnum quotidie impendere ſolitum*, idque i) ipſum alibi de ſe eſſe profeſſum. Aliud itaque fuiſſe videtur, quod ex uſu communi, aliud quod per exercitium peculiare factitabat. k) *Certos* utique *habebat dies, quibus maligne famem exſtingueret, viſurus, an aliquid deeſſet ex plena et conſummata voluptate, vel quantum deeſſet, et an dignum, quod quis magno labore penſaret:* ſive, quibus tanquam l) *ad palum exerceretur, ne imparatum fortuna deprehenderet, et* m) *ut contra injurias fortunae inter ejusdem beneficia firmaretur.* Hoc per intervalla feciſſe videtur, Eudoxus forſan jugiter. Victum autem tenuem ſimplicemque qua de cauſſa lautiori ac multiplici, perpetim uſurpatae praeſertim, praeferendam exiſtimet, rationes ab ipſo proditas habemus. Et primo quidem loco n) *non ob luxum ipſum aut intemperantiam,* o) *quam nec propter ſe fugiendam, uti* p) *nec temperantiam propter ſe expetendam*, definiat; *ſed ob moleſtias graves, quae inde provenire poſſint.* Quia nimirum ex largiore ac lautiore victu jugiter habito ingentes in re familiari excitantur tempeſtates, qui-

f) οὕτως ἔχειν κατ' ἀλήθειαν. Ibid.

g) συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ. Ibid. I, 12.

h) Μνᾶν ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τὴν τράπεζαν. *Laërt.* l. X.

i) In Epiſt. ad Leontium meretriculam et ad diſciplinae ſuae obſervantes Mitylenaeos philoſophos.

k) *Senec.* Ep. 18. ex Epicuri ad Polyaen. Epiſt.

l) Idem ibid.

m) Ibid.

n) Οὐ δι' αὐτὰς, ἀλλὰ διὰ τὰ ἀκολουθοῦντα αὐταῖς δυσχερῆ. *Epicur.* apud *Stob.* tom. II. tit. 17.

o) Torquat. ap. *Cic.* de Fin. l. I.

p) Torquat. ibid.

quibus, dum epulandi nullus modus adhibetur, facultates funditus exhauriuntur, et *patrimonia* integra, quasi q) *pilae in modum convoluta*, r) *ovi sorbilis instar*, ita penitus *deglutiuntur*, ut rerum omnium egestas summa protinus consequatur. Sed nec in re familiari tantummodo tam gravia isthinc emergunt, sed et in corpore ipso, s) quod est illis *boni malique omnis*, quia *voluptatis et doloris*, ut mox videbitur, *sedes praecipua*. t) *Consequuntur enim*, inquit, *magni dolores eos, qui voluptatem ratione sequi nesciunt:* dum u) *quae desiderantibus alimenta erant, onera fiunt plenis;* x) *multosque morbos multa faciunt fercula;* et y) *miserabilior ex cruditatibus, quam ex fame, enascitur macies;* eae denique crapulam ebrietatemque sequuntur z) *capitis vertigines*, oculorum suffusiones, *cerebri aestuantis verminationes*, artuum resolutiones, corporis totius affectus molestissimi, a) quos si vel persentiscerent homines, vel praevisos haberent, negat ille apud Comicum Graecum, futurum, ut luxui vinolentiae-

q) Σφαῖραν ἐπέδειξε τὴν πατρῴαν οὐσίαν, καὶ πάντ' ἰταμῶς ἅπαντα κατεμασήσατο. *Alexis* Cnidia, ap. Athen. l. IV.

r) Ὥςπερ ᾠόν τις ῥοφῶν οὕτω συνεστρογγύλιχε, καξεκόκκυσε. *Nicomach.* ap. eundem l. II.

s) Videantur, quae ap. *Ciceron.* ex Epicuro de Fin. l. II. paullo post exhibentur.

t) Torquat. ap. *Cic.* ex Epicuri sententia de Fin. l. I.

u) *Senec.* Ep. 95.

x) Idem ibid.

y) Ibid.

z) Ibid.

a) Εἰ τοῦ μεθύσκεσθαι πρότερον τὸ κραιπαλᾶν Παραγένεθ' ὑμῖν, οὐδ' ἂν εἷς οἴνου ποτε Προσίετο πλεῖον τοῦ μετρίου· νῦν δὲ τὴν τιμωρίαν οὐ προσδοκῶντες τῆς μέθης ἔξειν, προχείρως τοὺς ἀκράτους πίνομεν. *Alexis* Phryge. Et in eandem mentem *Clearchus* Corinth. Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέρας, Ἀλγεῖν συνέβαινε τὴν κεφαλὴν πρὸ τοῦ ποιεῖν τὸν ἄκρατον, ἡμῶν οὐδεὶς ἔπινεν ἄν· νῦν δὲ πρότερόν γε τοῦ πόνου τὴν ἡδονὴν προλαμβάνοντες ὑστεροῦμεν τἀγαθοῦ. Habet utrumque *Athen.* in Dipnosoph., hoc libro I, illud libro XV.

lentiaeque aut toties aut tantopere indulgerent. Adhaec proſpectum hac ratione volebant cum ipſe tum et ipſius affectae, *ut* b) *cum in ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe praeparaſſet, numquam expaveſcerent, quod ſaepius experti prius didicerant, minusque moleſte id perferrent, ſi neceſſitas incideret, cui ante aſſueverant.* Porro ut experiundo addiſcerent, c) *quam exiguum naturae ſatisfaciat, quantumque ex iſtis voluptatis percipi poſſit,* d) *ubi indigentia affectus quis ſumſerit ea.* Denique ut e) *ex victu lautiore voluptas plenior* accreſceret, cum f) *voluptates uſus rarior commendare* atque g) *intendere ſit natus*; frequentior autem et continuus magis multo ſenſum contra obtundere atque hebetare conſueverit: ac proinde aſſiduam eſcae delicatioris uſurpationem h) *ſumtus quam oblectamenti amplius habere* pronunciant. i) Acriores itaque ad res placitas intermiſſas revertimur: eſuique k) *lenocinium* eſt *antecedens* eſuries, ut *liberationis muneri metus.* l) *Cibi* itaque *condimentum famem* Socrates dicebat, *potionis ſitim:* quemadmodum autem ille m) *ad coenam veſpertinam famem ſe obſonare* ajebat *ambulando;* Epicurus

b) *Senec.* Ep. 18. Πρὸς τὴν τύχην ἀφόβους παρασκευάζει. Epicur. ap. *Laërt.* l. X.

c) Epicur. apud *Senec.* et *Laërt.* ibid.

d) Epicur. ap. *Stob.* ſupra.

e) Torquat. apud *Cic.* de Fin. I.

f) *Juvenal.* Sat. XI.

g) Τῶν ἡδέων τὰ σπανιώτατα γενόμενα μάλιστα τέρπει. Democrit. apud *Stob.* tom. II. tit. 17.

h) Ὑπερβάλλουσι γὰρ τέρψις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ. *Alexis* Amante; ſive, Δαπάνα πρόσεστιν, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτιοῦν. *Idem* Mentiente, *Athen.* l. X.

i) *Acriores ſunt morſus intermiſſae libertatis, quam retentae.* *Cic.* de Offic. l. II.

k) *Senec.* de Benefic. I, 11.

l) *Cic.* de Fin. l. II.

m) *Cic.* Tuſcul. l. V. ὄψον συνάγειν πρὸς τὸ δεῖπνον. *Laërt.* l. II.

curus itidem n) *ad epulas* inſecuturas *appetitum vehementiorem*, o) *famem malignius exſtinguendo*, *aucupabatur*, quo amplior ex lautitiis haberetur voluptas. Caeterum ad virtutem veram laudemque juſtam nihil habet momenti, quidquid non honeſti cauſſa, ſed vel lubentiae ampliori conciliandae vel moleſtiae majori amoliendae ſuſcipitur.

Ita *rigida*, *ſevera*, *triſtia* vidimus; *fortia* videamus. *Fortis*, inquit, eſt Epicurus, et *fortia* loquitur: p) *fortis, licet manuleatus; fortis, ſed ſtola indutus.* Ecqua re fortis? Quia non prudenter tantum, ſed et fortiter agit. Etiamſi enim q) *Voluptatem omnem in ſe bonum, dolorem omnem in ſe malum* cenſeat; r) *bono* tamen *quandoque tanquam malo utitur, et malo* viciſſim *tanquam bono*; s) prout expedire *vel non expedire viſum fuerit.* t) *Siquidem et voluptatibus quibusdam quandoque ſe abſtinet, ob moleſtias, quas admiſſae eſſent pariturae* u), *et labores doloresque graviores etiam ac diuturnos nonnunquam ſponte lubensque ſuſtinet, quo voluptatem inde ampliorem deinceps conſequatur:*

n) Τοῖς πολυτελέσιν ἐκ διαλειμμάτων προσερχομένοις κρεῖττον ἡμᾶς διατίθησι. Epicur. ap. *Laërt.*

o) *Senec.* Ep. 18.

p) *Idem* Ep. 33. et de Vit. beat. c. 13.

q) Πᾶσα ἡδονὴ διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν, ἀγαθόν· καὶ ἀλγηδὼν πᾶσα, κακή. Epicur. ap. *Laërt.* l. X.

r) Χρώμεθα τῷ ἀγαθῷ κατά τινας καιροὺς ὡς κακῷ· τῷ δὲ ἀγαθῷ τὸ ἔμπαλιν ὡς ἀγαθῷ. Ibid.

s) Τῇ συμμετρήσει καὶ συμφερόντων καὶ ἀσυμφώνων βλέψει ταῦτα πάντα κρίνοντες.

t) Ἔστι γὰρ ὅτε πολλὰς ἡδονὰς ὑπερβαίνομεν, ὅταν πλεῖον ἡμῖν τὸ δυσχερὲς ἐκ τούτων ἕπηται.

u) Καὶ πολλὰς ἀλγηδόνας ἡδονῶν κρείττους νομίζομεν, ἐπειδὰν μείζων ἡμῖν ἡδονὴ παρακολουθῇ, πολὺν χρόνον ὑπομείνασι τὰς ἀλγηδόνας. *Idem* ibid.

tur: (x) *iſtius* enim *conſequendae gratia univerſa et patrare et perpeti* diſerte profitetur) quod non prudentis duntaxat, ſed et fortis eſt.

Verum non eſt illico *fortis* pronunciandus, quicunque aſperi aut adverſi quidquam ſubire ſuſtinuerit. Alioqui *fortes amantes* cum y) Naſone praedicemus, vel *amentes* etiam; quorum illi libidinis oeſtro perciti nihil non laborioſum ſuſtinent ultronei; illi per mentis errorem arrepti abreptique in nihil non periculi plenum z) citra formidinem ullam proruunt. *Fortis* fuerit a) Mutium agens maleficus, qui *tunica praeſente moleſta*, in focum ardentem manum ultra immittit. *Fortes* fuerint, qui b) *vitae taedio, quam vitae genere inquietam ſibi fecerint ipſi, ad mortem confugiunt;* adverſus quos c) Epicurus ipſe pronunciat: fortius facturi, cenſente Epigrammatario, ſi d) refugerit ille, e) ſuſtinerent iſti. *Fortes* contra, qui f) vitae cupidine nimia cruciatus et tormenti nihil ſubire ac perpeti recuſent, g) non tam *quo vitam ulterius protollant*, quam *quo mortem diutius*

x) Τούτου γὰρ χάριν ἅπαντα πράττομεν.

y) Amor. l. I. Eleg. 9.

z) *Mente lapſi mortem non metuunt.* Senec. Ep. 36.

a) *In matutina nuper ſpectatus arena Mutius, impoſuit qui ſua membra focis, ſi patiens fortisque tibi durusque videtur, Abderitanae pectora plebis habes.* Martial. l. X. Epigram. 25.

b) Senec. Ep. 24.

c) Ibid.

d) *Nam cum dicatur; tunica praeſente moleſta*, Ure manum, *plus eſt dicere:* Non facio. *Martial.* ubi ſupra.

e) *Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam: Fortiter ille fecit, qui miſer eſſe poteſt.* Idem XI, Epigr. 57.

f) *Optat ultima malorum, et quae pati graviſſimum eſt vitae longioris mercede.* Senec. Ep. 101.

g) Θάνατον, οὐ βίον, μακρότερον ποιεῖν. *Plutarch.* de ſera Num. Vind. *Quid hujus vivere eſt? diu mori.* Senec. Ep. 101.

tius protrahant. Fortis fuerit Maecenas h) *mollitie* infamis, ſi carmen illud horridum ex vero animi ſenſu emiſit: i) *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa: Tuber aſtrue gibberum; Lubricos quate dentes. Vita ſi ſupereſt, bene eſt: Hanc mihi vel acutam Subde ſuſtineo crucem.* — *Suffigas*, inquit *), *licet et acutam ſeſſuro crucem ſubdas: eſt tanti vulnus ſuum premere et patibulo pendere diſtrictum, dum differat id, quod eſt in malis optimum, ſupplicii finem. Fortis* demum fuerit, quicunque dura pertulerit, quo vel naturae neceſſitatibus urgentibus ſatisdet vel affectui vitioſo alicui gratum faciat. k) *Cauſſa*, ajunt, *non poena, martyrem facit:* nec fortem arguunt perpeſſiones ipſae, ſed perpetiendi rationes. Ille duntaxat *fortis* jure cenſetur, l) qui *honeſti cauſſa* iſtiusmodi ſtrenue pertulerit. Nunquam autem *honeſti cauſſa* quidquam perpeti ſuſtinuerit, cui *honeſtum* ipſum, voluptate ſemota, vel pro nihilo vel pro re nihili habetur, utpote quod m) *umbram neſcio quam* meram reputat, cui ſolidi nihil ſubſit; quique n) *fortitudinem ex rei natura nullam* eſſe exiſtimat, niſi quod *utilitatis ratione dura tolerantur.*

Sed *fortia* tamen Epicurus loquitur, extantque hujus revera quaedam vaniloquae magis, quam magnanimae, voces. *Sapientem* utique ſuum affirmat, o) *etiamſi torqueatur*, beatum

 fore;

h) *Apparet mollem fuiſſe, non mitem. Senec.* Epiſt. 114. cujus de eodem videri poteſt cenſura, tum ibi, tum et Ep. 19. et Ep. 92.

i) Ap. *Senec.* Ep. 101.

*) *Senec.* ibid.

k) *Auguſtin.* in Pſalm. 34. et Epiſt. 167.

l) Καλοῦ ἕνεκα ὁ ἀνδρεῖος ὑπομένει καὶ πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀνδρείαν. *Ariſtotel.* Eth. III, 7.

m) Torquat. ap. *Cic.* de Finib. l. I.

n) Τὴν ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, λογισμῷ δὲ τοῦ συμφέροντος. Epicur. ap. *Laërt.*

o) Ἐὰν στρεβλωθῇ ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. Idem ibid.

fore; imo, p) *ſi in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: Quam ſuave, quam dulce hoc eſt! quam hoc non curo!* Se vero decumbentem ſpiritumque extremum trahentem q) *ſupremum eundem et beatiſſimum vitae diem agere* profitetur, r) *cum tanti veſicae viſcerumque morbi cruciatusque adeſſent, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere:* s) *compenſatam enim cum ſummis torminibus laetitiam, quam ex inventorum ſuorum memoria capiebat.*

Caeterum, t) *non, quid dicat quis, ſed quid ſentiat, refert.* Et iſta quidem dicere is poterat, cui u) *unum bonum honeſtum, unum malum turpitudo;* cui x) *nihil bonum malumque ſit, niſi bonus malusque animus;* y) *cui virtus ſola ad vitam beatam ſufficit, et* z) *ipſa per ſe ſatis eſt;* cui per cruciatus quoscunque, quantoscunque, a) *de ſorte beata nihil defringitur*, nihil decedit, nihil deperit; cum *virtus* nec *ad* b) *rotam* una deſcendere, nec *ad equuleum* una deſcendere defugiat; nec ad c) *tunicam incendialem* admotam, aut indutam etiam, deſerat, ſed in ea comes individua adhaereat, et d) *per ignes* illos ipſos, qui corporis membra depaſcunt et abſumunt, *colluceat:* his principiis imbutum

p) Idem ap. *Cic.* Tuſc. II. et V. *Senec.* Ep. 66.

q) Μακαρίαν ἄγοντες καὶ ἅμα τελευταίαν ἡμέραν τοῦ βίου ἐγράφομεν ταυτί. *Epicur.* Ep. ad Idomen. ap. *Laërt.* l. X. *Cic.* Tuſc. II. de Fin. II. *Senec.* Ep. 66. et 92.

r) Στραγγουρία τε παρηκολουθήκει καὶ δυσεντερικὰ πάθη ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείποντα τοῦ ἐν ἑαυτοῖς μεγέθους. Ibid.

s) Ἀντιπαρετάττετο δὲ τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ὑμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. Ibid.

t) *Senec.* Ep. 9.

u) *Idem* de V. beat. c. 4.

x) *Idem* ibid.

y) Ibid. c. 16.

z) *Idem* Ep. 92.

a) Ibid.

b) *Cic.* Tuſc. l. V.

c) *Tertull.* ad Nat. I, 18.

d) *Senec.* de Benef. VI, 4.

butum iſtiusmodi proloqui fas eſt, quum decretis dicta ſint conſentanea nec a dogmate ſermo diſſentiat. Ecquis vero eſt adeo aut mentis impos aut ſenſus communis expers, qui haec ex animi ſententia protuliſſe aut proferre potuiſſe credat eum, qui [e]) *Voluptatem* ſtatuit eſſe *ſummum bonum*, *dolorem* et cruciatum *ſummum malum*, [f]) *omnesque* etiam *animi voluptates et dolores ad corporis voluptates et dolores pertinere* contendit; qui negat, [g]) *gaudere quenquam, niſi propter corpus*, aut [h]) *animi gaudium eſſe ullum, niſi quod a corpore oriatur et ad corpus referatur;* qui denique diſerte profitetur, [i]) *nec intelligere quidem ſe poſſe, ubi ſit, aut quid ſit ullum bonum, praeter illud, quod ſenſibus corporis ex cibis potioneque, formarum aſpectu, aurium delectatione et obſcoena voluptate percipiatur.*

Non eſt, inquit poëta [k]), *beatus, eſſe ſe qui non putat:* adſtipulatur Epicurus; nec, *qui non beatum ſe putat*, dixiſſe contentus, [l]) *qui non beatiſſimum ſe judicat*, dixit. Qui autem, non jam, *beatum*, dico, *putare*, ſed *beatiſſimum* etiam *judicare* ſe poterat, cum non in *ſummo* tantum *malo*, ſed in ſummi mali gradu ſupremo, quo altiorem aut intenſiorem dari poſſe negat, verſatum ſe profitetur?

Sed diutius in hara hac non quidem purganda, ſed luſtranda, haeſimus: ab ea ad porticum, aurae liberiori ac ſalubriori

e) Epic. dogma ap. *Laërt.* l. X. *Cic.* de Fin. l. I. et II.

f) *Cic.* de Fin. l. II.

g) Torquat. ibid. l. I.

h) Ibid. l. I. et II.

i) Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τί νοήσω ταγαθὸν, ἀφαιρῶν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, τὰς δι' ἀφροδισίων, καὶ τὰς δι' ἀκροαμάτων, καὶ τὰς διὰ μορφῆς. Epicur. l. de Fin. ap. *Laërt.* l. X. et *Cic.* de Fin. l. II. et Tuſcul. l. III.

k) Poeta neſcio quis apud *Senec.* Ep. 9.

l) Epicur. ibid.

briori captandae, et contra, quam de ſe olim Cynicus m) Lacedaemone Athenas proficiſcens, ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς ἀνδρωνῖτιν, *a foeminis ad* n) *viros*, *a mulierculis ad* o) *mares*, transeamus.

Apud Stoicos ergo omnia a veris ſaltem Epicureis illis diverſa; imo eis adverſa plane.

Numen iſti coeleſte p) *rerum humanarum curam gerere; nec univerſi tantummodo, ſed hominum etiam ſingulorum et rerum quoque ſingularum; rebus humanis praeſto eſſe,* q) *generique humano, non ad bona vere ſic dicta duntaxat, ſed et ad vitae hujus commoda et adminicula ſuppetias ferre. Deum* itaque *ante omnia* r) *colendum,* s) *ad omnia invocandum,* t) *per omnia cogitandum, in omnibus* u) *agnoſcendum et* x) *comprobandum,* y) *de omnibus laudandum.*

m) ap. *Diogen. Laërt.* l. VI.

n) Ἡ ἀνδρωδεστάτη αἵρεσις Στωϊκή. *Laërt.* l. VI. in Antiſth. *Stoici virilem ingreſſi viam. Senec.* de Conſtant. Sap. c. I. *Stoicorum rigida et virilis ſapientia.* Idem ad Helv. c. 12.

o) *Tantum inter Stoicos et caeteros ſapientiam profeſſos intereſſe, quantum inter foeminas et mares.* Idem de Conſtant. c. I.

p) *Epict.* Diſſ. I, 12. 14. 16. *M. Anton.* II, 11. [Edit. hujus 8.] VI, 43.

q) *M. Anton.* I, 17. IX, 27. 40.

r) Τί ἀρκεῖ ἄλλο, ἢ θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν, ἀνθρώπους δὲ εὐπιειῖν. *M. Anton.* V, 33.

s) ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ. *Idem* VI, 23. καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον οὕτω ποιεῖν. *Idem* III, 13.

t) ἐκ πράξεως ἐπὶ πρᾶξιν μεταβαίνειν σὺν μνήμῃ θεοῦ. *Id.* VI, 7.

u) οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἄνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὖ πράξεις, οὔτε ἔμπαλιν. *Idem* III, 13.

x) Τοῖς θεοῖς σύμφωνον· ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι καὶ ἀποτετάχασιν. *Idem* VI, 16. Ἐγώ σοι ὑπὲρ ἁπάντων τούτων πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀπολογήσομαι. *Epict.* II, 16.

y) Ποτὲ δὲ ἐγὼ ἡμάρτανον, νῦν δὲ οὐκ ἔτι. *Idem* IV, 4. Ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐν κόσμῳ γινομέ-

laudandum et celebrandum; [z]) *huic uni in omni negotio ſimpliciter obſequendum,* [a]) *ab ipſo, quidquid evenerit, animo promto ac lubenti excipiendum atque amplexandum;* [b]) *nihil melius,* [c]) *nihil convenientius,* [d]) *nihil conducibilius,* [e]) *nihil opportunius aut tempeſtivius, quam id, quidquid exiſtat, quod ipſe voluerit, exiſtimandum;* [f]) *quocunque ducere viſum fuerit,* [g]) *citra tergiverſatio-*

νομένων ῥᾴδιόν ἐστιν ἐγκωμιάσαι τὴν πρόνοιαν, ἂν δύο τις ἔχῃ, δύναμίν τε συνορατικὴν τῶν γεγονότων καὶ τὸ εὐχάριστον. *Id.* I, 6. et ap. *Stob.* tom. I. l. 1. cap. 4., ex quo emaculandi codices Epicteti. *Idem* l. ejusd. c. 16. poſt recenſita varia providentiae divinae epitelesmata, Ταῦτα, inquit, τίς ἐξαρκεῖ λόγος ὁμοίως αὐτὰ ἐπαινεῖν ἢ παραστῆσαι; εἰ γὰρ νοῦν εἴχομεν, ἄλλο τί ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ Θεῖον, ἢ εὐφημεῖν, καὶ ἐπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας; — χρηστικήν. Et quae ſequuntur his gemina, homine Chriſtiano quovis non indigna; Chriſtum modo donatum nobis adjeciſſet.

z) Ἐγὼ ἔχω τίνι ὑποτετάχθαι, τίνι πείσεσθαι δεῖ, τῷ Θεῷ. *Epict.* Diſſ. IV, 12. Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδου, παρέχων συννῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βούλεται. *M. Anton.* IV, 33.

a) Ἀρεσκόμενος τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις. *Id.* ib. 25. ἀσπαζόμενος ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα πάντα. *Idem* III, 4. Ἁπλῶς μηδὲν ἄλλο θέλε, ἢ ἃ ὁ θεὸς θέλει· ἃ ἐκεῖνος οὐ θέλει, κἀγὼ οὐ θέλω. *Idem* III, 26. IV, 7.

b) Κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ἃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ἃ ἐγώ. *Idem* ib.

c) Μόνον φιλεῖν τὸ ἑαυτῷ συμβαῖνον καὶ ἀπονεμόμενον· τί γὰρ ἁρμοδιώτερον; *M. Anton.* VII, 57.

d) Συμφέρει ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. Idem X, 20.

e) Καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. Ibid.

f) Τῷ θεῷ ἑπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. *M. Anton.* XII, 27. et 31. Προσκείσομαι διάκονος καὶ ἀκόλουθος ἐκείνῳ, συνορμῶ, συνορέγομαι, ἁπλῶς συνθέλω. *Epict.* Diſſ. IV, 7. *Cleanthis* votum, huic toties repetitum *Enchir.* c. 52. Diſſert. II, 17. 23. III, 22. IV, 4.

g) *Optimum eſt, Deum, a quo*

tionem aut murmurationem ſponte ſequendum; h) *locum ſtationemque, quemcunque is aſſignaverit, ſtrenue tuendum, enixe tenendum,* etiamſi *mortem millies oppetere oporteret.*

Haec de *Numine* Stoici et erga Numen affectu: de *Homine* quid et officiis adverſus congenerem ſibi praeſtandis?

Hunc et i) *cordi us diligere et* k) *curare* l) *et ſuſtinere* m) *injuriaque omni (ut quae* n) *impietatis etiam notam imurat) abſtinere et* o) *beneficentia proſequi,* p) *nec ſibi ſoli genitum cenſere ſe aut vivere, ſed* q) *in commune bonum ac beneficum* r) *cunctis, pro facultate viribusque, ſemet exhibere;* s) *re ipſa reique bene geſtae conſcientia (* t) *nec hac etiam ipſa quadantenus reputata) citra teſtem*

quo omnia proveniunt, ſine murmuratione ſequi: malus miles eſt, qui Imperatorem gemens ſequitur. Senec. Ep. 107.

h) Ἢν ἂν χώραν καὶ τάξιν ἐγχειρίσῃς, μυριάκις ἀποθανοῦμαι πρότερον ἢ ταύτην ἐγκαταλεῖψαι. *Epict.* Diſſ. III, 24. ſec. Socrat. in *Platon.* Apolog.

i) Ἴδιον τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ καρδίας φιλεῖν τοὺς ἀνθρώπους. *M. Anton.* VII, 12. καὶ εὐνοεῖν αὐτοῖς, ὡς φύσει φίλοις. *Idem* IX, 29.

k) Καὶ κήδεσθαι αὐτῶν. *Id.* IX, 18.

l) Καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν. *Id.* V, 33.

m) Καὶ ἀπέχεσθαι αὐτῶν. *Idem* ibid.

n) Ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ. *Idem* IX, 1.

o) Καὶ εὐποιεῖν. *Id.* V, 33.

p) Κατεσκεύασται τὰ λογικὰ ἀλλήλων ἕνεκεν· τὸ μὲν οὖν προηγούμενον ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου φύσει τὸ κοινωνικόν ἐστι. *Idem* VII, 55.

q) Ἀρκεῖται ἡ φύσις λογικὴ, τὰς ὁρμὰς ἐπὶ τὰ κοινωνικὰ ἔργα μόνα ἀπευθύνουσα. *Id.* VIII, 5.

r) Πάντων κήδεσθαι. *Idem* III, 4.

s) Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνική. *Idem* IX, 6. ἑαυτῷ ἀρκεῖσθαι δικαιοπραγοῦντι. *Id.* VII, 28.

t) Οὐδὲ οἶδεν ὃ πεποίηκεν. *Idem* V, 6. *dediſſe, dum daret, oblitus.* Senec. de Benef. II, 6.

u) *teſtem aut* x) *mercedis ſpem* y) *commodive proprii intuitum contentum agere;* z) *a beneficio uno praeſtito ad aliud transire,* a) *nec unquam benefaciendo defetiſci;* b) ſed *vitae telam, tanquam vivendi fructus hic ſit, benefactis ſibi invicem continenter annexis ita totam pertexere,* c) *ut nusquam interveniat* d) *hiatus ullus vel minimus;* e) *beneficii loco, quod benefecerit habentem,* f) *ſibique profuiſſe exiſtimantem, ſi alii cuiquam uſui eſſe potuerit;* g) *nec extra ſe proinde quidquam vel laudis humanae vel lucelli aut aucupantem aut expetentem. Adhaec* h) *nihil mentis cultu antiquius,*

u) Οὐ δεόμενος ἀνθρώπου μάρτυρος. *M. Anton.* III, 5. *In omnibus factis re, non teſte, moveri. Cic.* de Fin. l. II.

x) Μισθοῦ γὰρ ἀνθρώπων τις ἄνθρωπον φιλεῖ, κατ' Ἐπίκουρον. *Plutarch.* de amor. prol.

y) Καταληκτικῶς διδόναι, ὥστε ἐξ αὐτῆς τῆς πράξεως εὐθὺς ἀπειληφέναι πάντα τὸν καρπόν. *M. Anton.* IX. fin.

z) Ἑνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικήν. *Idem* VI, 7. et V, 6.

a) Καὶ μὴ κάμνειν. *Idem* VII, 74.

b) Τοῦ ζῆν ἀπολαύειν συνάπτοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ ἀγαθόν. *M. Anton.* XII, 29.

c) Ὥστε μήτε τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολείπηται. *Id.* ibid.

d) Ἥτις γὰρ πρᾶξίς σου μὴ ἔχει τὴν ἀναφοράν, εἴτε προσεχῶς, εἴτε πόῤῥωθεν, ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον. *Idem* IX, 23.

e) Ἄνθρωπος εὐεργετικῶς πεφυκὼς ὁπόταν τι εὐεργητικὸν, ἢ ἄλλως εἰς τὰ μέσα συνεργητικὸν πράξῃ, πεποίηκε, πρὸς ὃ κατεσκεύασται, καὶ ἔχει τὸ ἑαυτοῦ. *Idem* IX. fin.

f) Ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελεῖ. Ibid. 74.

g) Ὅταν σὺ εὖ πεποιηκὼς ἦς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἔτι ζητεῖς τρίτον, ὥσπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξαι εὖ πεποιηκέναι, ἢ τὸ ἀμοιβῆς τυχεῖν; Ibid.

h) Τὸ ἓν σοι κράτιστον τιμᾷν, τὸ τοῖς ἄλλοις χρώμενον, καὶ ὑφ' οὗ ὁ σὸς βίος διοικεῖται. *Idem* V, 21. Πρὸς ταύτῳ μόνῳ εἶναι ἀρκεῖ, καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. *Idem* II, 13. [edit. novae 10.]

quius, i) *nihil honeſti ſtudio potius aut pretioſius habere:* k) *ab eo* denique, *quod officii ſui eſſe norit*, l) *nulla vel vitae, nedum alius rei cujuspiam, cupidine abducendum, nulla mortis cruciatusve ullius, nedum damni aut detrimenti formidine abigendum ſe permittere.*

Haec *Stoicorum* ſunt *decreta* et *praecepta* et ipſorum principiis quidem plane congruentia, *ſancta*, *recta*, *ſevera*, *fortia*; *pietatem*, *caritatem*, *humanitatem*, *magnanimitatem* ſpirantia; quibus priora illa, quae ſunt ſaltem vere Epicurea, nihil ſapiunt, nihil ſonant minus.

Sed adverſus Stoici nominis profeſſores objiciuntur *raritas*, *hypocriſis*, *defectio*, *defectus*. De ſingulis videbitur.

Ac primo quidem loco *raritas* ſub animadverſionem venit. Pauciores utique omni aevo reperiri, qui diſciplinam hanc ſunt amplexati, quam qui ad ſectas alias ſeſe applicuerunt. Et hac revera in parte triumphant ſplendide atque efferunt ſeſe Epicurei, qui m) Epicurum tot amicos et ſectatores nactum gloriantur, ut *nec urbes integrae eos capere* poſſent: agno-

i) Μηδὲν κρεῖττον ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρείας κ. τ. λ. τούτων τἆλλα πάντα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα. *Id.* V, 21. Τί τίμιον καταλείπεται; τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι. *Idem* VI, 26.

k) Ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα με οὐ περισπᾷ. *Idem* VI, 22. Ὅ,τι ἂν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι· καὶ τί τοῦ ἀνθρώπου φύσις ἀπαιτεῖ, πράξον τοῦτο ἀμεταστρεπτί. *Idem* VIII, 4.

l) Μηδὲ κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι ἢ ζῆν ἢ τεθνᾶναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ μικρὸν ὄφελος, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττῃ καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ κακοῦ. *Idem* ex Platon. Apol. VII, 44.

m) Φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι. *Laërt.* X.

agnoſcitque, qui in Torquato Epicurum oppugnat Cicero, n) *populum, qui vim maximam, autoritatem minimam habet, cum Epicuro facere.*

Nec revera quicquam iſtic mirandum occurrit. Notum eſt Stratonis Phyſici illud, o) *plures eſſe, qui lavari, quam qui ungi velint:* hoc eſt, ad thermas plures itare, quam ad palaeſtras. p) *Semitae utique arctiori atque aſperiori pauciores inſiſtunt; latiore et leviore confertim inceditur.* q) *Multitudo numerum habet; pondus non habet.* Calculi ubique numeroſiores ſunt, quam gemmulae. Diverbium vetus eſt: r) *Plures mali.* s) *Turba peſſimi indicium eſt.* t) *Eximia raritate commendat natura:* u) *nec unquam cum rebus humanis tam feliciter eſt actum, ut meliora pluribus placerent.*

Verum ſicut in diſciplinam hanc ſe pauciores dedere; ita ab eadem hac ad alias, Epicuream praeſertim, complures deſciverunt, cum ab aliis ad hanc rari deprehendantur transiiſſe.

Nec hoc certe, quam illud, mirum magis. Celebre ſatis eſt Arceſilai illud, qui percunctanti, cur a ſectis aliis ad Epicureos tam frequentes deficerent, non contra viciſſim ab his ad illos, reſpondit, x) *Quia e viris Galli fiunt, non autem e Gallis viri.* Gallorum nomine non gentem aliquam, ſed Cybeles

n) *Cic.* de Fin. l. II.

o) Πλείους εἶναι τοὺς λούεσθαι ἢ τοὺς ἀλείφεσθαι βουλομένους.

p) *Matth.* VII, 13. 14.

q) *Multi ſunt, et quis numeret? ſtateram profer, appende: vide contra pauca grana quantam paleam leves. Auguſtin.* in Pſalm. 39.

r) Πλείους κακοί. *Bias Auſon.* Lud. VII. Sap.

s) *Senec.* de V. beat. c. 2.

t) *Idem* Ep. 42.

u) *Idem* de V. beat. c. 2.

x) Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν Γάλλοι, ἐκ δὲ Γάλλων ἄνδρες οὐ γίνονται. *Laërt.* VIII.

beles myſtas, qui, teſte Samia, reſecti virilitatem exuebant, volens intelligi: nos noſtris familiari magis dicterio diceremus, *Quia* z) *e gallis capi fiunt, non e capis viciſſim galli.* Nec gnarum minus, quod Caliſtoni meretriculae Socrates, glorianti, Philoſopho praeferendam ſe, ipſum enim ſuorum neminem ad ſe pellicere poſſe, cum ipſa illius ſectatores plerosque ad ſe, ſi id vellet, traducere valeret: a) *probabile admodum eſſe, quod dicat: ipſam enim ad declivia homines deorſum propellere, cum ipſe contra ad ardua ſurſum impellat.* Ad voluptatem utique proclivis eſt via; ad virtutem b) acclivis ſemita: cum autem *ingenium humanum* ex vitio innato ſit ſponte ſua propenſum ac c) *proclive a labore ad libidinem*, ecquid mirum, complures, itineris taedio devictos, hac deſerta, ad illam transcurrere.

Sed ex eis etiam, qui in diſciplinae hujus profeſſione perſtiterunt, exſtitiſſe haud paucos, qui a dogmate, quod mordicus tamen tenebant et enixe interim tuebantur, vitae rationem diverſam et averſam plane inſtituerint; titulo habituque duntaxat ſpeciem Stoicam praeferentes, cum ex ſtudio vitaeque inſtituto Epicurei aut aliud quid potius, quam Stoici, jure cenſerentur, adverſus Stoicos, poſt d) Lucianum, qui hoc nomine ſectam hanc paſſim inſectatur, ab aliis pariter intorquetur.

Nec

z) *Varro* de R. R. II, 7. et III, 9.

a) Καὶ μάλα γε εἰκότως· σὺ μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν κατάντη αὐτοὺς πάντας ἄγεις, ἐγὼ δὲ ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἥκειν βιάζομαι· ὁρθία δὲ ἡ ἄνοδος καὶ ἀήθης τοῖς πολλοῖς. *Aelian.* Hiſt. Var. III, 32.

b) Proverb. XV, 24.

c) *Terent.* Andr. I, 1.

d) In Vitar. Auctione, de Sectis, Micyllo etc.

Nec eſt ſcil. haec nova nuperve nata, ſed antiqua, querimonia, in ſecta unaquaque repertos, e) *citharis*, f) *lyris*, g) *tubis*, *lituis*, compares, quae *eorum* utique, *quae aliis modulantur*, *canunt*, *crepant*, *perſonant*, h) *nihil quicquam audiunt percipiuntve ipſae.* Et in aliis ſectis, non Stoica ſola, i) compertum eſt, deprehenſos, quod ex Pacuvio Macedo, *homines ignava opera et philoſopha ſententia;* ſive, quod ex Epicteto Favorinus, k) *Verbis tenus Philoſophos, factis procul.* Quin inter nominis chriſtiani profeſſores, quod Scriptores quoque ſacros et confeſſos et conqueſtos legimus, comparuere, qui l) *numinis notitiam, quam dictis jactitabant*, factis abdicarent; qui m) *pietatis, cujus larvam gerebant, vim virtutemque abnuerent*, qui n) *gratiam divinam in laſciviam verterent*, qui o) *libertatem chriſtianam nequitiae improbitatisque velamentum facerent;* p) *libertatemque aliis pollicerentur, cum in corruptelae ſervitio agerent ipſi:* nec ex horum tamen moribus de religione

e) Κιθάρας μηδὲν διαφέρειν, τοὺς σπουδαῖα λέγοντας, οὐ ποιοῦντας δέ. D. Laërt. VI.

f) Ὅμοιόν τι πάσχειν ταῖς λύραις, αἱ καλῶς φθεγξάμεναι οὐκ ἀκούουσιν. De Peripatetic. Cleanthes *Laërt.* VII.

g) Σάλπιγγα Antiſthenem vocabat Diogenes. αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἀκούειν φθεγγομένου μέγιστον. *Dio Pruſ.* Orat. 8.

h) μήτε ἀκούειν, μήτε αἰσθάνεσθαι. *Laërt.* VI.

i) *Gell.* N. Att. XIII, 8.

k) Ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν. *Idem* XVII, 19.

l) Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται. Paul. ad *Tit.* I, 16.

m) Ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. *Id.* ad Tim. II, 3, 5.

n) Τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν. *Jud.* Ep. v. 4.

o) Ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας ἐλευθερίαν. 1 *Petr.* II, 16.

p) Ἐλευθερίαν ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπάρχοντες τῆς φθορᾶς. *Idem* 2 Ep. II, 19.

chriſtiana ſententiam ferre aequum fuerit, quum politiae chriſtianae iſti nec viva nec vera, nedum ſana, aut integra, membra jure cenſeantur, ſed q) φύματα potius mera r) καὶ ἀποστήματα, ut cum Marco noſtro loquar, ſive s) *vomicae* et *carcinomata*, ut de ſuis Auguſtus. Haud eſt incelebre Cratetis illud, t) *in malo Punico etiam probo granum putre aliquod;* Varronis itidem, u) *nec in ſegeta bona nullum ſpicum nequam* reperiri. In agro dominico quoque x) *zizania* ſterilesque, non *ſuccreſcunt* tantummodo, ſed *) *dominantur* etiam aliquando avenae: ex quibus tamen de ſegete tota judicare iniquiſſimum fuerit.

Quod denique praeſcribitur, inſigniores etiam plerosque non per omnia decretis praeceptisque ſuis conſentanea praeſtitiſſe, ſed a norma regulaque, quam fixerant ipſi, in nonnullis declinaſſe.

Ecquem, quaeſo, mihi dabis ex eis etiam, qui γνήσιοι Χριστιανοὶ, qui ab ea, quam profitetur, vitae inſtituendae ratione non quandoque declinet? Ex eis inter hos fuerat, y) qui *columnae* et *exiſtimabantur* et revera exſiſtebant, cujus ingenua vox illa, z) *In multis offendimus omnes;* ſive, *impingimus univerſi:* ad quae verba Beda noſter, a) *Non,* Offenditis, *dixit; ſed,* Offendimus, *inquit; et,* In multis *praemiſit;* Omnes *ſubjunxit.*

Ex

q) *M. Anton.* II, 16. [Editionis novae 13.]

r) *Idem* IV, 28.

s) *Sueton.* l. II, c. 85.

t) Ἐν ῥοιᾷ καὶ καλῇ σαπρόν τινα κόκκον. *Laërt.* VI.

u) *Varro* Leg. Moen. apud *Nonium* in Spicum.

x) ζιζάνια. *Matth.* XIII, 25. 27. de qua voce alibi diximus.

*) De ſeculo ſuo *Salvian.* de Dei gubern. l. III. *Praeter pauciſſimos quosdam, qui mala fugiunt, quid eſt aliud paene omnis coetus Chriſtianorum, quam ſentina vitiorum?*

y) Οἱ δοκοῦντες στύλοι εἶναι. Paul. ad *Gal.* II, 9.

z) Πολλὰ πταίομεν ἅπαντες. *Jacob.* III, 1.

a) *Beda* in Jac. Epiſt.

Ex eisdem et qui illud, b) *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, decipimus nos* (cum c) *peccantium* utique *numero excipimus*), *nec penes nos eſt veritas.* d) *Nec*, habuimus, (inquit Auguſtinus) *ſed*, habemus, *dixit; ne de vita praeterita*, (quae *per ignorantiam* variasque inde enatas *cupiditates* tota exacta eſt) *dictum quis ſuſpicetur.* Ex Apoſtolis ipſis, qui Chriſtum proxime acceſſerant, quique lateri ejusdem comites individui adhaeſerant, ut reliquos mittam, nec de proditore quicquam dicam, e) *primi* et f) *noviſſimi*, agmen qui ducit, et qui claudit, utriusque etiam firmati jam, g) naevi aliqui in tabulis ſacris proditi exſtant: ut apud exteros quosvis diſciplinae etiam ſeveriſſimae profeſſores ſectaeque exactiſſimae ſectatores a dogmate aliena nonnunquam deprehendi, minus mirum videri debeat. Oraculi vicem merito ſibi vendicat Aeſchyli illud: h) Ἁμαρτάνει τι καὶ σοφοῦ σοφώτερος, *Sapiente qui plus ſapiat, eſt cum labitur.* Stoici certe praeceptis decretisque ſuis i) non tam, quid ipſi valerent aut aſſecuti jam eſſent, quam ad quid contenderent, modisque omnibus elaborandum atque enitendum cenſerent, deſignatum volebant: quod idem de ſe k) Apoſtolus libere ingenueque profitetur.

b) Ἐὰν εἴπωμεν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. *Joann.* 1 Ep. I, 8.

c) De Phariſaeo *Luc.* XVIII, 15. *Bern.* de grad. humil. et ſuperb. *Dum in ſe ſingulariter exultat, aliis arroganter inſultat, et ſe ſolum decipit, quem ſolum excipit, quum alios damnat.*

d) *Auguſtin.* in 1 Joann.

e) *Matth.* X, 2.

f) 1 *Cor.* IV, 9. XV, 8. 9.

g) *Gal.* II, 11. *Act.* XV, 39.

h) *Stob.* tom. II. tit. 3.

i) *Non dicebant, quemadmodum ipſi viverent, ſed quemadmodum vivendum eſſet. Senec.* de V. beat. c. 18.

k) οὐχ ὅτι ἔλαβον ἢ τετελείωμαι· ἓν δὲ — ἐπεκτεινόμενος κατὰ σκοπὸν διώκω. Paul. ad *Philipp.* III, 12. 14.

Veruntamen ex eis, qui ſectae hujus in diſciplinam ſerio ſeduloque ſeſe dederunt, per ſingulas quasque fere aetates reperti ſunt, qui fide dignorum ſcriptorum ſuffragiis conſenſu conſono atteſtantibus, ita dogmata ſua factis conſentaneis confignata decretaque vitae inſtituto aequabili fere comprobata exhibuerint, ut nominis etiam chriſtiani profeſſoribus plerisque pudorem incutere, ruborem ſuffundere merito queat. In his fuere poſt Zenonem, cui teſtimonium dat inſigne Athenienſium pſephiſma, quo l) *virtutis ac temperantiae nomine*, eo, quod m) *vita ſua eis, quae diſſerebat, congruente cunctis in exemplum expoſita ad optima quaeque quosque incitaret*, n) *imagine aerea, corona aurea donandum*, o) *ſepulcrum ſumptu publico exſtruendum*, p) *pilasque duas, quarum utrique teſtimonium iſtud incideretur, erigendas*, decernitur: poſt hunc, inquam, aliosque, qui in Schola hac eidem ſucceſſerant, emicuere viri magni, diſciplina iſta imbuti, virtutis maſculae imagines vivae vivacesque, conditionis eminentioris ratione, Scriptorum nobilium calamis celebrati (ut Philoſophiam diſerte profeſſos praeteream), Cato Uticenſis, Thraſeas Paetus, Helvidius Priſcus, et Marcus cumprimis Antoninus, qui iſta commentandi occaſionem nobis praebuit.

Verum a diſciplina ipſa ad eos, qui eam ſcriptis ſuis illuſtrarunt, hos praeſertim, quos reliquos habemus, transeamus. Ex eis praecipui fuerant Zeno et Chryſippus: quorum alter

l) ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. Pſephiſma apud *Laërt.* l. VII.

m) πρὸς τὰ βέλτιστα παράδειγμα τὸν ἴδιον βίον ἐκθεὶς ἅπασιν, ἀκόλουθον ὄντα τοῖς λόγοις, παρώρμα.

n) εἰκόνι χαλκῇ, χρυσῷ στεφάνῳ.

o) οἰκοδομῆσαι τάφον δημοσίᾳ.

p) ἐγγράψαι τὸ ψήφισμα στήλαις δύο.

alter Stoam primus condidit; unde et Straboni q) ὁ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, et Galeno, r) ὁ πατὴρ ἁπάσης τῆς τῶν Στωϊκῶν αἱρέσεως, *ſectae Stoicae totius princeps paterque*, et Balbo apud Ciceronem s) *Stoicorum* pater dicitur: alter eandem adeo ſtrenue feliciterque t) *ſuffulſit*, ut de eo dictum fuerit: u) Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἦεν Στόα, *Chryſippus ni fuiſſet, nec Stoa foret.* Et complura quidem uterque reliquit ſcripta: alter iſte x) *usque ad ſeptingenta quinque* συγγράμματα ſive y) *opuſcula:* cum z) Epicuri πολυγραφίαν aemularetur, a) quem tamen aſſecutum negant; cum b) *ad* c) *volumina ter centena usque* iſte pertigerit, quorum quodlibet utique συγγράμματα complura complectebatur: alioqui Chryſippum πολυγραφίᾳ non aequaſſet, nedum ſcriptorum numeroſitate anteceſſiſſet. Caeterum par ſcripta utriusque fatum ſunt experta: nec Zenonis ſiquidem nec Chryſippi, quin nec ſeculi priſci illius e Stoa cujusquam ſcriptum ullum integrum ad tempora noſtra perennavit. Superſunt fragmenta duntaxat, ἀποσπασμάτια apud

q) *Strab.* Geogr. l. XIV.

r) *Galen.* de dogm. Hippocrat. et Platon. II, 6.

s) *Cic.* de Nat. Deor. l. III. de *Zenone*, non de *Cleanthe*, uti inadvertentia an memoria lapſus *Lipſius* Manud. ad Stoic. phil. Diſſ. XI.

t) *Qui fulcire putatur porticum. Cic.* Acad. l. IV.

u) *Laërt.* l. VII.

x) *Idem* ibid.

y) Ita malim vertere, eo ſenſu, quo *poſt mortem opera*, *non opuſcula*, *penſanda* dixit *Sidonius* l. VIII, Ep. 4. quam cum Lipſio *volumina.*

z) Ex Carneade *Laërt.* l. VII.

a) Πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων. De Epicuro *Laërt.*

b) Κύλινδροι γὰρ πρὸς τριακοσίους εἰσί. *Laërt.* X.

c) Κύλινδροι, *volumina*, quae *cylindri* figuram convoluta referebant: vocabulum notione ea vix alibi repertum.

Plutarchum, [d]) qui paſſim exagitat; Galenum, [e]) qui plerumque oppugnat; Laërtium, [f]) qui ſimpliciter recitat; Ciceronem, [g]) qui in partem utramque diſceptat. Citerioris aevi ſuperant ex eis, qui diſciplinam hanc ſunt aſſectati, quorum diſſertationes commentationesque ad manus noſtras pervenerunt, Seneca, Epictetus et Marcus noſter iſte.

Aetatis ratione Senecae locum primum tribuo: quem dignitate tamen aeſtimationeque vera e duobus illis alterutri poſthabendum exiſtimem. [h]) Habet ille revera multa eximia, utilia, fortia, ſublimia; et arguta ſubtiliaque complura; eſtque dignus admodum, qui non ab humanioris literaturae tantum, ſed a Theologiae etiam ſtudioſis ſedulo quidem, ſed judicio atque examine juſto adhibito, legatur. Verum non eſt unius ejusdemque ubique coloris; nec per omnia conſtat ſibi. Neque vero vitam attingo; quam Caſſius tamen arrodit, [i]) *tanquam a dogmate praeceptionibusque quam maxime diſſentaneam:* de ſcriptis ago. In his, [k]) quam foede Claudio, dum apud ſuperos, ex mente etiam Neroniana, [l]) *morabatur;* nec huic duntaxat, ſed et in gratiam illius ejusdem mancipio, [m]) *licentiae intolerandae*

d) In Stoicor. Repugn.; De commun. notion.; et De Paradoxis.

e) In libris de dogm. Hippocr. et Platon.

f) Lib. VII. in Zenone et Chryſippo.

g) In Academ.; Tuſc.; De Fin.; et De N. Deor.

h) *Multae in eo claraeque ſententiae; multa etiam morum gratia legenda: multa in eo probanda, multa etiam admiranda ſunt; eligere modo curae ſit. Fabius* Inſt. X, 1.

i) Πάντα ἐναντιώτατα οἷς ἐφιλοσόφει ποιῶν ἠλέγχθη. *Dio Caſſ.* LXI. in Xiph. Excerpt.

k) In Conſolator. ad Polyb.

l) *Morari* eum *inter homines deſiiſſe*, producta prima ſyllaba jocabatur. *Sueton.* l. VI. c. 33.

m) Cum in ſcena Pantomimus illud protuliſſet: Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας, omni-

randae maſtigiae, Polybio, adulatur? quem tamen e vivis exemtum, n) dictione ſatyrica et ſarcaſtica, vernilitatis praegnante, acerbiſſime proſcidit et publice ſubſannandum propinavit. De animae corpore excedentis ſtatu quam repugnantia ſtatuit! dum τῇ ὑποθέσει δουλεύων nunc o) in ſedes coeleſtes integram ſubvehit, nunc p) in flatum halitumve merum diſpergit, taedaeque inſtar materia, qua alebatur, abſumpta, deficientis prorſus exſtinguit. Epicurum eſt ubi accuſat, increpat, deprimit, damnat, ut q) *degeneris et humillimae mentis, apud quem voluptas imperat, hominem*, r) *voluptatis magiſtrum* ipſum, ſcholam s) *voluptatis officinam* nuncupat. Eſt contra, ubi (quo Lucilio ſuo, forſitan hujus aſſeclae, quem t) *virorum optimi* titulo ſubinde cohoneſtat, gratum faciat) eundem non excuſat tantum, ut qui u) *immeritus male audiat et infamis ſit;* ſed comprobat et collaudat, ut qui v) *ſancta et recta* praecipiat, *et, ſi propius acceſſeris, triſtia.* Denique quod in x) Chryſippo et y) Zenone non ſemel reprehendit, contraque id,

omnium oculos in Polybium hunc defixos refert Dio Caſſ. l. LX.

n) In Ἀποκολοκυνθώσει.

o) Ad Lucil. Ep. 102. ad Polyb. Conſol. c. 28. ad Marc. Conſol. c. 25. ad Helv. c. 17.

p) Ad Lucil. Ep. 54. cum morti proximus videretur.

q) Ad Lucil. Ep. 42.

r) Ep. 18.

s) Ep. 9.

t) Ep. 13. 21. 48. et Qu. Nat. Praef. l. I.

u) De V. beat. c. 13.

v) Ibid.

x) *Chryſippi acumen nimis tenue retunditur et in ſe ſaepe replicatur: etiam cum agere aliquid videtur, pungit, non perforat.* Senec. de Ben. I, 4. *Chryſippus, penes quem ſubtile acumen eſt, totum librum ſuum his ineptiis replet.* Ibid. c. 3.

y) *Libet ridere ineptias Graecas; quas, quamvis mirer,* (mirere, *Lipſ.*) *nondum excuſſi: non vis ſeverius loqui nec morituro riſum movere? ad-*

z) quod ipſe praecipit, a) ingenii acumini nimiopere indulgens ad ſubtilitates rei vacuas non raro delabitur et argutiolis leviuſculis, frigidis etiam ineptisque aliquoties, ludit. Neque tamen

adverſus mortem tam minuta jacularis? ſubula leonem excipis? acuta ſunt iſta, quae dicis: nihil eſt acutius ariſta etc. De Zenone *Idem* Ep. 82.

z) *Pro veritate ſimplicius agendum eſt.* Ibid. *At qui ingenia ſanare et officiorum memoriam ingerere volunt, ſerio loquantur et magnis viribus agant.* *Id.* de Benef. I, 4.

a) *Rerum pondera minutiſſimis ſententiis frangit.* *Fabius* Inſtit. X, 1. Iniquius tamen illi neſcio qui apud Gellium (an Agellium? quod *Lipſius* mavult) Noct. Att. XII, 2. *Res atque ſententiae aut inepto inanique impetu aut ut levi et quaſi dicaci argutia* etc. Moderatius *Eraſmus* Praef. ad Senec. *Habent nonnihil veri, quae doctiſſimi ſcriptores de illo pronunciarunt: proinde ludit in Graeculos et interdum absque cauſſa. Naſonem aliquoties attingit, quod indulſerit ingenio ſuo: at magis ipſe indulget ingenio ſuo in oratione proſa ac ſeriis argumentis, quam Ovidius in poëmatibus plerumque ludicris. Jam hoc ipſum, quod in Seneca cum primis laudatur, corruptum eſt. Inſectatur mores hominum libere ſalſeque; ſed non ſemper in loco; interdum immodice; tum aliquoties affectatius iisque modis, ut non ita multum abſit a ſcurrilitate: quaedam vitia ſic deſcribit, dum inſectatur, ut videatur ridere potius, quam odiſſe, atque doceat magis, quam deteſtetur: quin ubique plurimus videtur jocorum affectator, etiam in rebus maxime ſeriis, in quibus optarim illum aliquanto longius abeſſe ab ineptia, obſcoenitate vitioque ſcurrilitatis.* Haec inter alia *Eraſmus:* mitto enim ea, quae, cum Marci patris ſint, Lucio filio, nomine communi deceptus adſcribit. *Lipſius* denique ipſe, qui adverſus priores duos illos Senecam defendere ſatagit, in Judicio ſuper Senec. ejusque Scr. *Ego Senecam univerſe admiratione magis, quam laude, proſequendum arbitror: in partibus aliquid eſſe, quod cenſeas,*

aut

tamen haec, quae nec primus nec ſolus dixi, ſed me priores et eruditione et judicio cum primis pollentes, ita ſumi velim, quaſi [b]) a Senecae lectione (quem tironibus ſtudioſis de Scriptoribus eligendis legendisque conſultus inter alios commendare conſueverim) abstentum quemquam atque absterritum aut quo de viri tanti (quem eruditi quique indolis ingeniique acerrimi nomine ſuſpiciunt, imitandum etiam propoſuiſſe ſibi videntur haud pauci) magnitudine juſta quicquam detractum eam: ſed quo oſtendam, a virilitate illa, Stoicis peculiariter ab ipſo etiam adſcripta, (quam Chryſippus quoque ſubtilitate nimia enervaſſe, eidem ipſi [c]) cum aliis incuſatur) deſciviſſe; nec duobus illis alteris (Epictetum et Marcum dico) aut ſcripto aut facto etiam ſe parem praeſtitiſſe: qui in ſorte diverſa, vel adverſa etiam quam maxime, in *) ſervitii gradu infimo alter, ſummo alter in imperii faſtigio, poſiti; diſciplina haec quanta ſit, quantumque in quovis ſtatu poſſit, tum praeceptionibus ſanctiſſimis, virtutis genus omne ſpirantibus, tum et vitae forma ad decreta ſua accurate compoſita, uberrime demonſtrarunt. Et noſter quidem (prout et [d]) Epictetus eo prior, [e]) cujus ex commentariis profeciſſe ſe profitetur) ſui per omnia ſimi-

aut cui ſuccenſeas, non nego. Sane decidit interdum aut a ſe mutat: ut in jocis aut dictis quam ineptus alibi aut affectatus eſt! in laudibus, vituperiis, ſine modo! etc.

b) Quod ap. *Gellium* cenſores rigidi et importuni illi: *Cujus libros attingere nullum pretium operae ſit.* Noct. Att. XII, 2.

c) Notant eundem hoc nomine *Plutarch. Galen.* alii.

*) Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμ' ἀνάπηρος, Καὶ πενίην Ἶρος. *Leonid.* Epitaph. Epict.

d) *Epictetus verus ac ſeverus Stoicus et Stoicorum vel maximus.* Herod. apud *Gell.* I, 2. *Philoſophorum maximus.* Favorin. ibid. XVII, 19.

e) *M. Anton.* I, 7.

ſimilis, *ſeriusque* ac *ſeverus* (quod [f]) ille poſcit, licet ipſe non ſervaverit) ubique deprehenditur.

Denique, ut ad illud revertar, quod in pagina praeliminari ex Hieronymo monueram, ad diſciplinam noſtram quod horum utriusque ſcriptis monitisque propius accedat, in exterorum priſcorum, quae hodie extant, monumentis nihil reperiri, fidenter pronunciari poſſe exiſtimem. Certe quaecunque Dominus ipſe Chriſtus in concionibus collationibusque ſuis Hiſtoriae Evangelicae inſertis intextisque, [g]) de *mali cogitatione etiam abſtinenda*, de [h]) *affectibus vitioſis ſupprimendis*, de [i]) *ſermone otioſo non inſuper habendo*, de [k]) *animo cumprimis excolendo* et [l]) *ad imaginem divinam effingendo*, de [m]) *beneficentia ſimpliciſſime exhibenda*, de [n]) *injuriis aequanimiter ferendis*, de [o]) *admonitione et increpatione cum moderatione cautioneque accurata exercendis*, de [p]) *rebus quibuslibet adeoque vita ipſa, ubi res ratioque poſcit, nihili habendis*, de aliis denique plerisque [q]) *pietatis*, [r]) *caritatis*, [s]) *aequitatis*, [t]) *humanitatis officiis* [u]) *quam exquiſitiſſime obeundis exſequendisque* praecepta dedit; apud noſtrum hunc eadem, perinde ac ſi illa lectitaſſet ipſe, in diſſertationum commentationumque harum congerie inſperſa paſſim, nec ſine vehementia et vivacitate inſigni, quae in praecordia ipſa penitius penetret atque in animo infixos altius relinquat aculeos, inculcata ſubinde, Lector quivis ſedulus advertet, ingenuus agnoſcet.

Sed

f) *Senec.* de Benef. I, 4. et Ep. 82.
g) *Matth.* XV, 19.
h) *Matth.* V, 22. 28.
i) *Matth.* XII, 36.
k) *Matth.* V, 20. VI, 33.
l) *Matth.* V, 45. 48.
m) *Matth.* VI, 1. 3.
n) *Matth.* V, 39.
o) *Matth.* XVIII, 15. 16.
p) *Luc.* XIV, 26. 33.
q) *Matth.* XXII, 37.
r) *Matth.* XXII, 39.
s) *Matth.* VII, 12.
t) *Matth.* V, 44. *Luc.* X, 37.
u) *Matth.* V, 19. 20.

Sed iſta, forſitan dixerit quis, quorſum aliunde, ab extero praeſertim eoque fidei chriſtianae adverſo petantur? quum e pagina ſacra, in qua proſtant, poſſint promtius haberi, et a Magiſtri ipſius ore profecta cum imperii autoritate potiore praecipiantur tum et obſequii neceſſitate arctiore percipiantur.

Cui ego praeſcriptioni poſſim verbulo occurrere; pari utique ratione rejici poſſe omnes in univerſum ab eruditis piisque concinnatas Inſtrumenti ſacroſancti utriusque enarrationes; ut eodem tandem deveniatur, quo proceſſerant apud nos haud ita pridem par fere geminum, cerebri certe parum ſani uterque; quorum alter praeter paginam ſacram nihil aut legebat aut lectitandum cenſebat; alter poſtquam Anachoretae cujuspiam inſtar cum ſuis domi ſuae ſe concluſerat, librorum (quam pro hominis privati ſorte cenſuque amplam ſatis habebat) ſupellectilem omnem, Bibliis ſacris exceptis, foco accenſo, flammis abſumendam tradidit; neuter ſane aut fundo juſto aut exemplo bono et quod imitatione ſua dignum ſobrius quis ſanusque ſentiat.

Verum enimvero ratione non una utilis eſſe poterit noſtri hujus in his, cum animadverſione ſeria conjuncta, lectio ſedula.

Primo, quod quae in Sermonibus Dominicis (quorum Capita praecipua duntaxat *συντόμως* plerumque apud Scriptores ſacros exſtant delibata et digeſta) ſummatim fere propoſita habemus, iſtic latius diducta, fuſius explicata, magna argumentorum inſignium varietate firmata, illuſtrata, ingeſta, inculcata, ad vitae uſum communem accommodata habeantur: quod ut eſt in ſcriptis aliis in iſto commune, ita in hoc genere haud paucis iſtud praecellit.

Tum nec illud levis eſt momenti, quod dogmatis chriſtiani aequitas rationi etiam ipſi conſentanea deprehenditur, dum

dum ab ipſis etiam extraneis et adverſariis comprobata et collaudata demonſtratur. x) *Grave eſt*, ponderisque non exigui (ut Iſidorus Aegyptius) *teſtimonium ab inimicis profectum.* Et, (quod Dio Pruſaeus) y) *Encomium ab eis, qui non ſuſcipiunt et ſuſpiciunt tamen, palam eſt, illius*, ſive perſonae, ſive diſciplinae, *laudem eſſe praeſtantiſſimam.* Non neſciebat hoc Apoſtolus, cum ab z) exterorum inſcriptionibus ſcriptisque ei, quod afferebat et promulgabat, dogmati aſſerendo teſtimonia advocabat. Nec parum idcirco praecepti documentique dominici aequitati ac a) *rationabilitati* (ſi ita loqui licuerit) apud quosvis vindicandae formandaeque conduxerit, quod ab homine extero nec nomini chriſtiano favente (cum nec myſterii noſtri gnarus eſſet, nec fidei rationes aſſequeretur) tanta tamen cum vehementia argumentisque tam validis commendata ac confirmata habuerimus. b) *Quis non intelligat*, (inquit gravis Autor) *bonam eos habuiſſe cauſſam, qui eam apud medios judices obtinere potuerunt?* quid eam dixerit quis, quae apud averſos et adverſos etiam, ubi c) hoſtes ipſi judices conſident, obtineat?

Adhaec divina in iſtis relucet et providentia et benignitas, quod in homine a ſe dilapſo imaginem ſui non intercidere omnino et aboleri prorſus paſſus eſt, ſed ſcintillulas quasdam aſſervavit reliquas; quas et diſciplinis variis excitavit et ad miraculum usque evexit: partim, quo ſocietati humanae conſervandae

x) Σεμνὴ γὰρ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία. *Iſidor. Peluſ.* II, Ep. 228. et III, Ep. 335.

y) Τὸ τῶν [μὴ] ἀποδεχομένων καὶ τιμώντων ἐγκώμιον, δῆλον ὡς κάλλιστος ἔπαινος ἐκείνου ἂν εἴη. *Dio Pruſ.* Orat. LI,

z) *Act.* XVII, 23.

a) Λογικὴ λατρεία. *Rom.* XII, 1. ἕπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ Θεῷ. *M. Anton.* XII, 31.

b) *Auguſtin.* Ep. 170.

c) *Deuteron.* XXXII, 31.

vandae et continendae proſpiceretur; ne [d]) efferati prorſus homines belluarum ritu, in exitum mutuum proruerent univerſi; quum [e]) *absque diſciplina nulla homine truculentior aut immanior ſit bellua:* partim, quo *Numini* [f]) *dignoſcendo* [g]) et *indagando*, his adminiculis adjuti, poſſent operam dare; quae ſi vel contemtim vel neglectim haberent, [h]) ἀναπολόγητοι plane haberentur. Verum eſt proculdubio Claravallenſis illud, [i]) *Imaginem divinam uri poſſe, exuri non poſſe.* [k]) *Imaginem* certe animae rationali primitus impreſſam funditus eradere, *facem* in mente hominis coelitus accenſam penitus exſtinguere, nec vitioſitas humana, nec malignitas diabolica valuere: (tertium quiddam, *flammas geheimales*, adjecit ille) quam inter ruinas et incendia defectionem primitivam conſecuta, in generis humani commodum ſuorumque beneficium ſervatam confotamque volebat bonitas divina.

Quin nec divinae erga nos miſericordiae gratiaeque plane gratuitae teſtimonium monumentumque luculentum minus in iſtis oculis noſtris obverſatur; cum [l]) eis, apud quos dotes tam eximiae tam admiratione paene omni ſuperiores ſe produnt, praeteritis nobis, nobis, inquam, [m]) in tenebris umbraque ferali ac letifera cum illis pariter conſidentibus, imo in vitiorum coeno altius longe demerſis, foedius contaminatis, tenacius etiam

d) Μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲ ὠμότερον, ὅταν ἅπαξ ἀποθηριωθῇ. *Polyb.* Hiſt. l. I. et Leg. 122.

e) Ὁ ἄνθρωπος παιδείας μὴ τύχων ἀγριώτατον γίνεται πάντων, ὅσα γῆ τρέφει. *Plato* de Legg. l. VI.

f) τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ. *Rom.* I, 19. 21.

g) εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν. *Act.* XVII, 27.

h) *Rom.* I, 20.

i) *Bern.* in Annunc. ſerm. I.

k) *Gen.* I, 27. IX, 6.

l) *Matth.* XI, 25. 26.

m) *Eſai.* IX, 2. *Luc.* I, 79.

etiam ac pertinacius infixis, lumen illud ſalutiferum, n) *Sermonis* ſui ſacri *Spiritusque* ſancti ope operaque uſus, o) effulgere procuraverit; p) quo praevio ac praelucente, per q) ſeculi tenebricoſi hujus caliginem plus quam Cimmeriam aut r) Aegyptiacam etiam, veritatis ſupernae vitaeque vere ſic dictae inter diverticula tam frequentia, a recto utrinque abducentia, tramitem et invenire et inventum ad itineris exitum usque tenere poſſemus; et absque quo per obliquas et tortuoſas mundi hujus nequiſſimi ac perturbatiſſimi ſemitas, ſine luce, ſine duce temere palantes, in exitii aeterni voraginem horrendam praecipites tandem prolaberemur. Subit me certe ſubinde (ita, iſta dum lego, affectum me ſentio et ingenue agnoſco) non ſtupor duntaxat, ſed horror etiam, cum arcani divini admiratione vehementiſſima conjunctus, ſerio apud me reputantem, quam longe in multis ab eo abſim, quod de ſe Vir iſte, veri ad ſalutem perducentis tramitis ignarus, de ſe profitetur, nec, quin vere et ingenue, ambigi poſſe videtur. Ut proinde et Marco et Epicteto altius aſſurgens *Hymnum* *) illius vel *maximo* majorem ac praeſtantiorem decantare jugiter debeam: s) *Magnus* t) *divesque miſericordia Deus, qui me miſerum,* u) *cum gente humana univerſa collapſum* x) *et perditum, ſed cum paucis e turba reliqua* y) *ſelectum,* z) *maſſa ſecretum,* a) *mihi reſtituit, ſibi*

n) *Eſai.* LIX, 21.
o) 2 *Cor.* IV, 6.
p) *Luc.* I, 79.
q) *Epheſ.* VI, 12.
r) *Exod.* X, 22. 23.
*) *Epicteti Hymnum* habes ſupra ad marginem [in Notis Praeloq. huic ſubjectis] ex Diſſ. I, 16.
s) *Pſalm.* CXLV, 8. 9.
t) *Epheſ.* II, 4.
u) *Rom.* III, 19. 23.
x) *Matth.* XVIII, 11.
y) *Matth.* XX, 16. XXII, 14.
z) *Rom.* IX, 21.
a) *Epheſ.* II, 5.

b) *ſibi reconciliavit*, c) *Filium miſit*, d) *qui redimeret*, e) *Spiritum immiſit, qui* f) *reſingeret*, g) *culpam omnino omnem remiſit, quo et* h) *ſupplicio culpae debito omni eriperet et ſupplicii ſubeundi* i) *metum dirum eximeret*, k) *nequitiae ſervitio liberum emiſit, quo* l) *in famulitium ſuum adſciſceret et* m) *in filiorum ſuorum numerum cooptaret*, n) *gratiam ſpiritualem impraeſentiarum donavit,* o) *gloriam coeleſtem deinceps* p) *donaturum repromiſit.*

Eſt in his denique, quod ad altiora enitendi nomen chriſtianum profeſſis calcar acerrimum ſubjiciat, cum a fide ac familia ea exteros in tam celſa evaſiſſe adverterint; ac pudore merito ſuffundat, quod in imis adhuc ſubſelliis ſubſiſtant haereantque; cum adminiculis fortioribus firmioribusque tam amplis ad ea conſequenda inſtructi ſint et adjutari, ni nolint ipſi, poſſint. Certe plus poſſe naturae jam collapſae reliquas vires, diſciplinae ſaecularis accedentibus auxiliis, quam gratiae divinae animis coelitus illapſae, cujus operi etiam promovendo eadem illa pariter inſerviunt, pro dedecore inſigni non immerito habeatur; eſtque, quod probro eos, qui hujus participes ſe ferunt, jure merito afficiat, cum hoc ipſo nomine nomini, quod profitentur, chriſtiano, q) opprobrio eſſe ſe ſenſerint, quod a nomi-

b) *Coloſſ.* I, 21.
c) *Gal.* IV, 4.
d) *Apoc.* V, 9.
e) *Ezech.* XXXVI, 27.
f) *Joann.* III, 5. 2 *Cor.* III, 5.
g) *Col.* II, 13.
h) *Rom.* VIII, 1. *Gal.* III, 13. 1 *Theſſ.* I, 10.
i) *Rom.* VIII, 15. *Hebr.* II, 15.
k) *Rom.* VI, 22.
l) *Epheſ.* II, 19.
m) *Rom.* VIII, 14. 15.
n) *Joann.* I, 16.
o) *Rom.* VIII, 18. 30.
p) *Rom.* VI, 23. χάρισμα, donativum. *Tertullian.*
q) *Chriſtiani in opprobrium et contumeliam Chriſti. Salvian.* de Provid. l. IV.

nomine alienis hac in parte inferiores comperiuntur. Grande quippiam et insigne visus est, sibi saltem, protulisse, qui adversus mortis metum dissertatiunculam clausit monitu illo: r) *Nec infantes, nec pueros, nec mente lapsos timere mortem: et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praestat, ad quam stultitia perducit:* futile revera et frivolum est. Pari siquidem ratione Epicurus probaverit, *Turpissimum esse aut minimis offensam subvereri aut sceleris conscientiam formidare; cum neutrum hoc timeant vel infantes vel amentes vel fatui; eamque nobis securitatem non praestare sapientiam, ad quam insciția et desipientia perducit.* s) Fatui scil. laminam candentem contrectare non metuunt; t) infantuli facis accensae flammae manum admovere non formidant: num turpissimum ideo horum alterutrum scientem prudentem timendo refugere, quia neutrum neutri illi timeant? Verum turpe est revera, dedecus, opprobria, damna, exilia, vulnera, tormenta, mortem ipsam morteque ipsa pejores gravioresque mortis moras pro veritate divina, fide christiana, asserenda, conscientia integra et intaminata custodienda, ni deficere et relinquere velimus interminata atque intentata; si defugere maluerimus aut detrectare nec mente prompta, animo propenso, alacriter constanterque subire ac perpeti; cum haec omnia pro pietate fideque conservanda homines ethnici et fortiter libenterque sustinenda definierint et ipsi strenue sustinuerint: turpe est, praecepta documen-

r) *Senec.* Ep. 36.

s) Fatui mentio fit in *Legend. Pontif.* ap. *Discipul.* de Tempor. qui ferri candentis massam sine laesione contrectavit imprudens. Credat, qui volet.

t) Inde *Joann. Chrysost.* de Statuis Orat. IV. ait, eos, qui mortem metuunt, peccatum non metuunt, παιδικὸν φόβον φοβεῖσθαι, puerulis compares, qui larvam timent, lucernam non timent.

cumentaque dominica, u) *de ſui ipſius abnegatione,* x) deque *ſuorum omnium, honorum, opum, facultatum, neceſſitudinum, affectuum, vitaeque adeo ipſius abdicatione,* gravia, molesta, dura, difficilia, triſtia, rigida, iniqua conquerendo ducere homines chriſtianos; cum a religione chriſtiana alieni quoque, argumentis etiam validiſſimis adjectis, haec eadem pia, juſta, aequa, rationi rectae conſentanea, naturaeque humanae congruentia cenſuerint; nec eam nobis magnanimitatem aut aequanimitatem praeſtare fidem veram, ad quam ratio illos, recta quidem, nec renata tamen et recocta adhuc, perduxerit. Inſignis igitur Scriptorum iſtiusmodi uſus, apud Chriſtianos etiam, nomine non uno, vel iſta, quae diximus, vel iſtis paria ſerio perpendenti, liquido comperietur.

Illud interim obſervatu non indignum fuerit, alia ratione Epicteti, alia Marci monumenta fuiſſe ad nos transmiſſa. Epicteti ſiquidem y) ab ore differentis excepta Arriani opera ſunt ſcripto tradita, eisdem ipſis, quantum aſſequi poterat, quibus ille differebat, verbis: quo modo a Domino Chriſto, dum in terris inter mortales agebat, habiti ſermones, (cum z) nihil ipſe ſcripſiſſet) a) ab audientibus memoriter conſervati Evangeliſtarum calamo, ſed Spiritu Sancto aſſiſtente, et lingua quidem alia, Graeca utique, cum is Syriaca uſus fuerit, ſunt evul-

 gati.

u) *Matth.* XI, 24. *Luc.* IX, 23.

x) *Luc.* XIV, 26. 33.

y) Ὅσα ἤκουον αὐτοῦ λέγοντος, ταῦτα αὐτὰ ἐπειράθην αὐτοῖς ὀνόμασιν, ὡς οἷόν τε ἦν, γραψάμενος. *Arrian.* Praef. ad Diſſ. Epict.

z) Fictitiae ſunt enim *Literae* amoebaeae *Abgari ad Chriſtum, Chriſti ad Abgarum,* quomodo et *Senecae ad Paulum:* quarum meminere tamen *Euſebii* Hiſt. Eccl. I, 13. et *Hieronym.* in Scriptor. eccleſ. Catalogo.

a) Καθὼς παρέδωσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι. *Luc.* Praefat. in Evang.

gati. Id quod tam de Enchiridio, quam de Diſſertationum libris ex *Epiſtola* ejusdem ad *Maſgalenum*, cui ſcriptum illud dedicabat Arrianus, licet jam perierit, conſtare teſtatur, qui eam vidit, Simplicius. At Marci *diſſertationes* et *commentatiunculas* iſtas ex ipſius *Adverſariis* deſumta liquet: quo modo Regis Sapientiſſimi *Paroemiarum* partem non exiguam ab Ezechiae Regis amanuenſibus ex ipſius autographis fuiſſe deſcriptam, docet *Capiti* 25to praefixum lemma. In more namque habebat Vir iſte ſummus, ſtudiis philoſophicis, ſive domi ſive militiae agebat, intentus, quae inter meditandum ſuccurrebant, chartis, quas ad hos uſus jugiter praeſto habebat, illinere: nulla rerum ipſarum ſerie continua conſtanter obſervata; ſed pro locorum temporumque, quibus vel ab ipſo concipiebantur vel aliunde in mentem memoriamque ſe ingeſſerant, ratione digeſta: patet hoc ex locis alicubi, quibus ſcripſerat, nominatim deſignatis; cujusmodi ſunt libris vel *primo* et *ſecundo* annexa, vel *ſecundo* potius *tertioque* (ut ego reor) praefixa lemmata, de quibus ſuo loco [b] diſſeruimus. Inde natum eſt, ut neque ſibi invicem cohaereant pleraque (quamquam *Liber primus* uno quaſi filo perpetuo pertexitur) eademque ſaepius iterata reperiantur, prout mentem ſaepius pulſabant: nec ſuccincte tantum, ſed ſucciſe quoque repraeſentata reperiantur complura; (prout in Ciceronis *ad Atticum* aliosque *Epiſtolis* Graeca formularumque uſitatarum haud pauca) quod ad rei ipſius notae ſatis ac familiaris memoriam refricandam et reficiendam ſuffecerat, cum ad uſum privatum maxime deſtinarentur: quin et ἀκέφαλα et quaſi abrupte inchoata nonnulla: quod et de Serpentis

b) Cui adjectum velim, ex perpetuo dictionis contextu, tot temporum variorum res complexo, domi potius per otium, quam militiae ſub pellibus agenti *Librum primum* confectum conſcriptumque videri.

pentis ad Evam dictione prima, prout a Moſe refertur, opinantur c) Interpretes quidam eruditi. Inde aliis obſcuriora multa et de dictionis vel ſenſu vel ſcopo divinationes incertae; cum vel quae adnotantis mens, vel quae adnotandi occaſio fuerit, conjicere difficile admodum exiſtat: ſed et de locis variis quaſi vel mutilatis vel depravatis ſuſpiciones fruſtra conceptae, de lectione, quaſi non ſincera et genuina vel integra, ſolicitationes admiſſae, immutationes tentatae; cum non aliter ſe habeant, quam ab Autoris ipſius calamo primitus prodierint. Verum de iſtis in *Commentario*, prout occaſio dabitur, amplius videbimus.

Atque haec quidem ſuffecerint cum de *Stoica diſciplina* ipſa, tum et de eis hanc amplexis et ſecutis, quorum ad nos ſcripta pervenere; Marco praeſertim noſtro, cujus impraeſentiarum denuo edendi conſilium inſtitutumque paucis expoſitum ubi dederim, in limine Lectorem non ſum diutius detenturus. Anni itaque ultra quadraginta jam exceſſerunt, ex quo, dum apud Juris noſtratis Profeſſores ac ſtudioſos in Hoſpitio Lincolnienſi, quod eſt in ſuburbano Londinenſi ſitum, agentes Praeconis Evangelici munus ſuſtinebam, in Marci Imperatoris ſcriptum hoc, a Viro doctiſſimo et in negotio hoc exercitatiſſimo Gul. Xylandro Baſileae iterato cum Graecis aliis quibusdam editum, inter codices a manu ſecunda (quod ajunt) venum expoſitos, incideram. Hoc nactus per vacationem a munere publico autumnalem, ex Juſtitio ſolenni intercedente obvenientem, otium aliquod adeptus, dum ruri ago, cum diligentius evolviſſem, adeo meditationibus ac praeceptionibus pietatem, gravitatem, caritatem, magnanimitatem, virtutum

c) De hoc videri poterunt *Tremellius* et *Junius*; ſed inprimis *Piſcator*.

nullum non genus ſpirantibus, a capite ad calcem usque conſtipatum reperi, ut nec poſſem non perlecto ſummopere affici nec lectione repetita etiam affectui ſatisfacere; cum nihil in hoc genere apud exterum quemquam (Epicteto uno excepto, quo nec inferiorem, niſi quod ille amplior eſt, Marcum noſtrum cenſuerim) eximium magis legiſſe meminiſſem. Cum autem in multis vitiatum, mutilatum, lacerum, luxatum animadverterem, nec Verſionem Xylandrianam Graecis commode ſatis reſpondere, de recenſione pariter ac verſione nova inſtituenda animum ſubibat cogitatio. Haec meditanti ad manus venit ſcripti ejusdem editio altera Lugdunenſis, a qua ſubſidium aliquod ſperabam: ſed fruſtra: cum Xylandriana ea, qua uſus fueram, inquinatiorem ac corruptiorem deprehenderem: jam autem ex viri doctiſſimi, cujus *Verſio* ſcripti hujus *Anglicana* poſt prodiit, D. Merici Caſauboni *prolegomenis* Editioni Graecae a ſe nuper adornatae praefixis, e Xylandri priore Tigurina (cujus in Baſileenſis *Praefatione* mentionem ipſe facit, quamque, niſi in Viri Doctiſſ. manibus, cum me comiter inviſiſſet, quod in *Prolegomenis* illis ipſe commemorat, nunquam oculis uſurpavi) expreſſam edoctus ſum. Cum autem codicum penuria laborarem, partim ex ingenio, partim ex Suida ſcriptoribusque aliis, qui ex libris his nonnulla laudaverant, partim eruditorum quorundam, quibuscum neceſſitudinem aut familiaritatem aliquam habebam, conſilio opeque uſus loca, quae vitii quoquo modo ſuſpecta videbantur, reſtituere annitebar. Quumque in Viri Illuſtriſſimi D. Cl. Salmaſii *commentariis* nullo non literaturae humanioris genere refertiſſimis Marci nonnulla ſecius, quam in eis, quos penes me habebam, codicibus expreſſa offendiſſem; unde editionem aliam aliquam ſecutum ſuſpicabar; amici communis interventione uſus, (aliter enim compellere ignotum plane verecundia prohibebat) Virum Clariſſi-

riſſimum per literas conſulebam, quibus tum, quid molirer, ſignificabam, tum et de locis tam illis, quos ab ipſo aliter, quam aut Baſilienſis aut Lugdunenſis habebat, exhibitos repereram, quam aliis etiam, ad quos haeſitabam mensque tunc temporis ſuggerebat, nec conjecturis de quibusdam propriis celatis ſententiam illius cenſuramque ſciſcitabar. Is pro eximia, qua cumprimis pollet humanitate, inter caetera in haec verba ingenue reſcripſit: *In tam utili ad vitae praecepta ſcripto et ad imbuendos virtute illa forti et humanorum contemtrice animos, quam ponere operam deſtinas, ſummopere laudo. Editum illud ſcivi lingua Anglicana, ſed ultra nihil: quid enim praeſliterit, prae illius linguae ignorantia haud etiam ſcire mihi licuit. Hoc tamen mihi pronuntiare certo poſſe videor, ſatis operae eſſe in illo opere perfecte abſolvendo, quae non ſolum duos, ſed etiam plures, fabros distineat: ita ſpiſſa eſt materia, vix multis cuneis evincenda, vix optimis runcinis dedolanda. Haud alium puto autorem ex antiquitate Graeca corruptiorem ad nos injuria temporum, fortean etiam hominum, qui eum interpolarunt, transmiſſum. Ubique hiatus et lacunae, quae tamen ſolidum mentiantur. Transpoſitiones etiam multis locis commiſſae ab hominibus, uti videtur, ſciolis, qui ſententias plerumque minutis punctiunculis Stoico more ſignatas non capiebant. Praeter ea, quae obſervaſti atque in ſchedam mihi miſſam conjeciſti, alia toto paſſim opere vitio laborant: et quaedam ex his tibi impertienda duxi, ut locum expleant eorum, quae a te propoſita diſſolvere non potui.* Haec vir ſummus ille; qui et liberaliter admodum mecum, homine peregrino nec de nomine etiam, opinor, ante noto egit; cum non de eis duntaxat, quae quaeſieram, ſed de aliis quoque, quae inter ea disquirenda occurrebant, nec requiſitus animi ſui ſenſum ultroneus impertiretur; adjecta inſuper invitatione humaniſſima, qua ad alia quaelibet ulterius

operam praeſtare promptum *tempusque* eo fine *negotiis aliis ſuffuraturum nec imputaturum* profitebatur. Et de aliis quidem pollicitatione tam libera, tam larga, animatus per literas alteras Virum Clariſſimum ſum percontatus. Verum per ſubitaneam illius occaſionibus quibusdam Lugduno-Batavorum in Gallias ſuſceptam profectionem, (ſive literis meis ad manus illius non pervenientibus, ſive ab ipſo ad acceptas reſponſione in reditum dilata: ſimul per amici communis, cujus interventu uſus fueram, e partibus iſtis demigrationem ſponſionis repetendae opportunitate ſublata) factum eſt, ut a Viro Celeberrimo nihil amplius acceperim. Illud obiter monere viſum eſt, *Editione Argentinenſi* uſum ſe ſcribere, ſed quae cum *Baſileenſi* per omnia convenire viſa ſit. Praeter hunc opera uſus ſum Viri Eruditiſſimi linguarumque peritiſſimi D. Arnoldi Bootii, Doctoris Medici, qui vir quantus in his ſit, *Animadverſionum Sacrarum* opus elaboratiſſimum uberrime teſtatur. Is pro animi propenſione et humanitate ſingulari ſaepius conſulenti non defuit. Sed nec Virum Doctiſſimum nec comitatis nomine illorum alterutri poſtponendum D. Patricium Junium fas eſt mihi hic praeterire, qui et conjecturas mihi ſuas communicavit; ſicut et ipſe illi viciſſim meas; et ubi ad Conventum Veſtmonaſterienſem evocatus fueram, in partibus illis occurrentem non ſemel de Antonino edendo ſollicitabat. Ab his autem aliisque, quorum ſcripta pervolutaveram, quidquid accepi, ſuo cujusque loco mentione facta, animo liberrimo lubentiſſimoque acceptum cuique gratanter fero.

Verſione ſiquidem jam confecta de *Annotationibus* ſuccinctioribus porro adjiciendis cogitare primo coeperam: poſt de *Commentario* juſto et ampliore etiam, quo Scriptum tam inſigne dignum valde videbatur. Huic conficiendo inter curas operas-

operasque paſtorales, quibus per annos ultra quadraginta eodem loci, quo ab Hoſpitio dicto transieram, jugiter diſtrictus inſudavi, (niſi quod ante ſexennium morbo gravi correptus ad tempus aliquod intermittere, tum reverſus denuo remittere, demum incidere fere prorſus coactus fuerim) inter horas ſubſecivas, quae et rariores intervenerant et per intervalla diductiora redierant, dum intendo, in molem eam opus iſtud excreviſſe animadverteram, ut de evulgendo ſpem omnem abjicerem; ſiquidem contra quam in Flacciano illo, *urceus inſtitui* cum coepiſſet, *rota currente, amphora exiit*; expertus utique, Bibliopolae et Typographi noſtri quam aegre aliquid etiam minoris negotii in hoc genere ſuſcipiant. Verum cum annos apud me delituiſſet haud paucos, amicorum tandem quorundam flagitatione frequente, qui et edendum poſcebant, et de impenſa ad id perficiendum proſpectum iri fiduciam faciebant, eorum in manus, quod confeceram, totum contradidi, pro ipſorum optione vel premendum vel prelo ſubjiciendum et in lucem publicam (quod ab illis jam eſt effectum) emittendum.

Ipſe in hoc opere quid praeſtiterim, praeſtare ſaltem conatus ſim (dextrene ac feliciter, an ſecius, alii viderint), ſic habeas. Primo loco poſt Scriptorum variorum tam antiquioris quam et aevi recentioris de *Marco*, Scripti hujus Autore, *elogia* et *encomia* deque *Scripto* hoc ipſo *teſtimonia* et *judicia*; Marci *contextus Graecus* exhibetur (niſi ſi, dum affectus imponit, ſpes fallat) vitiis mendisque, quibus ante paſſim ſcatebat, haud paucis ſublatis, repurgatior; lacunis, quibus hiabat, ſuppletis aliquot, integrior; loco motis quibusdam ad ſedes proprias revocatis, aptius haud paulo concinnatus et compoſitus; interpunctionibus neceſſariis et ſectionibus ſive paragraphis (uti

Juriſtae loqui ſolent) commodis (quod Lugdunenſis infelicius paulo primus tentaverat) accuratius, quam antea, pro dictionis ſenſu genuino interſtinctus, pro materiae ſubjectae ratione diſtinctus: ad marginem adſcriptis lectionibus variantibus locisque parallelis, in quibus ſententiae, formulae, voculae vel eaedem vel geminae reperiuntur, ut nec ad *Commentarium* ampliorem in ſingulis quibusque recurrere neceſſum eſſet, et Marcus ex Marco ipſo vel explicatus vel illuſtratus haberetur. Adjecta eſt *Verſio latina* nova, ad Graecum contextum eo, quo ſuperius eſt dictum, modo reſtitutum accommodata. Sequitur *Commentarius* in Scriptum totum perpetuus, in quo Verſionis a prioribus diſcrepantis, mutationis, ſuppletionis, commiſſionis, diſtinctionis, expunctionis cujusque ratio redditur; *verſionibus* etiam atque *annotationibus* antegreſſis, prout occaſio ſe tulerat, examini ſubjectis, et pro ea, quae probabilis tunc videbatur, ratione vel admiſſis vel rejectis: formulae Marco uſurpatae ex aliis vel Graecis vel Latinis (nam et ex ſermone Latino hominem Romanum, licet Graece ſcribentem, mutuari non eſt inſolens), ſacris etiam nonnullis Scriptoribus, explicantur. Sententiae et dogmata ex aliorum itidem vel conſentientium vel diſſentientium et diſſidentium etiam ſive ſcriptis ſive dictis ſive moribus factisque vel firmantur vel illuſtrantur: ad eos eorumque loca, a quibus et e quibus Marcus mutuo ſumſerit aut exſcripſerit quicquam, quantum aſſequi datum eſt, digitus intenditur: de hominibus locisque, quorum mentio alicubi occurrit, ex monumentis hiſtoricis, quae in manibus habentur, prout in horum etiam ruderibus ruſpando deprehendi quicquam poterat, lux aliqua datur. Sacrae denique paginae periochae formulaeque nonnullae, prout occaſio intervenerat, vel e Marco ipſo vel aliunde enarratae, aliorum quoque Scriptorum emendatae inſuper complures repraeſentantur.

tur. In his autem quamvis diligentia aliqua uſus ſum, multa tamen ſubtilitatem meam ſubterfugiſſe, nullus ambigo; plura quoque reſtare, quae cum vel mihi forſitan ſine cauſſa ἀνίατα ſint viſa, vel dextre minus tentata aut curata fuerint, medici peritioris manum opemque requirant. Nihil in hoc genere vel in alio ullo prodit, cui non aliquid (meis quibusque plurimum, ſat ſcio) adjecto opus ſit: latus amplusque ſatis adhuc patet iſtic campus, in quo ingenia feliciora cum laude fructuque ſe exerceant. In meis his interim ſi quid praeſtitum ſit, quod vel Theologiae ſacrae candidatis vel literaturae humanioris ſtudioſis vel aliis etiam quibuscunque uſui eſſe poterit, laboris in eis ſuſcepti inſumtique merces ampla ſatis futura eſt. Si quid autem vel iſtic vel in Opere toto (quod eveniſſe ſaepenumero, ſuſpicor ipſe) humanitus admiſſum occurrerit, quod notam ſequiorem ſeverioremque mereri videbitur, Lectorem humanum rogatum pervelim, ut ne ſtricto jure agere volupe ſit, ſed [d]) ſortis memor humanae humanitatisque (prout in Schola loqui amant) ſuae quoque ſibi conſcius, utpote qui [e]) *homo cum ſit, humani nihil a ſe alienum* cenſere aut ſentire debeat, pro humanitate, qua ingenita, qua inſita, humaniter ignoſcat. Iſtam enimvero *diſſertatiunculam* mente ratione non una minus valida, oculo a ſenio caligante a lema lippiente, manu tum a frigore (cum nec rigens ignem propinquiorem ſuſtineam; quod norunt probe, qui me familiariter habent), quam a morbo tremúla, (cum ad manum amanuenſis nullus exiſteret) non tam concinnabam, quam conſarcinabam, conſcribillabam magis, quam conſcribebam, in agri Surrejenſis pago Urbi natali adſito Rotherienſi, menſe Januario, hyeme ſae-

d) Τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν, ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου Θεοῦ. Greg. Naz. Or. 15.

e) *Terent.* Heautontim. I, 1.

ſaeviente, cui et gemina altera f) *aetatis et invaletudinis* (quae g) rarius ſejunctae reperiuntur) acceſſerat; Anno a Virginis Θεοφόρου καὶ Θεοτόκου conceptu ſalutifero (ſecundum computandi ritum vulgo receptum) Milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo; Aetatis propriae non tam currentis, quam decurrentis et devergentis ſeptuageſimo octavo.

f) Χειμῶνα τοῦ βίου ſenectutem dixere *Pythagoras* ap. *Laërt.* l. VIII. *Ariſtoteles* in Chriis, Eratoſthenes et Patrocles apud *Stob.* tom. II. tit. 117.

g) — πῶς ἔχει, Μηδέποτ' ἐρώτα τοῦτ' ἐπὰν γέροντ' ἴδῃς ἢ γραῦν τιν'· ἴσθι δ' εὐθὺς, ὅτι κακῶς ἔχει. *Philem.* ap. *Stob.* et *Maxim.* Collectan. c. 41. Τὸ γῆρᾶς ἐστιν αὐτὸ νόσημα. *Apollodor. Senectus ipſa morbus eſt. Terent.* Phorm. IV, 1. *Senec.* ad illud Virgil. ex Georg. l. III.: „*ſubeunt morbi triſtisque ſenectus:*„ *morbos et ſenectutem una ponit; non immerito: ſenectus enim inſanabilis morbus eſt.* Ep. 108.

DE

DE
MARCO VERO AURELIO ANTONINO
IMPERATORE
ELOGIA ET JUDICIA
A TH. GATAKERO COLLECTA.

Suidas in Μάρκος. Μάρκος ὁ καὶ Ἀντωνῖνος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπαινετὸς κατὰ πάντα Φιλόσοφος. ἀκροατὴς μὲν καὶ ἄλλων γενόμενος· ὕστερον δὲ διήκουσε καὶ Σέξτου κ. τ. λ. [Hoc teſtimonium ex *Philoſtrato* in Vita Herodis deſumtum, quod poſt ſequitur, recte monuit *Caſaubonus*. In fine tamen inter alia numeri XII. librorum mentionem facit *Suidas*. V. infra Teſtimonia de hoc Scripto.]

Idem [ibidem]. Μάρκος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον, ἢ ἐπαινεῖν ῥᾴδιον - - ἐκ πρώτης γὰρ ἥδη τῆς ἡλικίας εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμενος οὔτε κατὰ δέος οὔτε καθ' ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. ἐπαινεῖ δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς· καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν -- τόν τε γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίω, οὐδὲν τῇ εἰσποιήσει τοῦ γένους ἀλλοιωθείς· καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγούμενος καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε· ἀλλ' ἦν ἐλεύθε-

ρος

ρος καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασι, ἀγαθὸς καὶ μέτριος ἐν τοῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσι. [Hoc Suidae Teſtimonium Caſaubono videtur μετάφρασις ſ. παράφρασις potius cap. VI. et VII. l. VIII. [Tſchuck. c. XI. ſq.] Eutropii, auctore fortaſſe Capitone. *Paeanii* enim non eſſe μετάφρασιν, adfirmare poſſum. Poſtquam haec ſcripſeram, didici ex Nota *Tſchuckii* ad *Eutrop.* l. I. Jo. Antiochenum eadem verba ex eadem antiqua Eutropii Interpretatione Graeca repetiiſſe.]

Idem [ibidem]. Μάρκος· βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ εὐσεβὴς ἐπικληθείς· οὗτος εἶχε μὲν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας· καὶ ἄριστα δὴ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει γινομένων τινι ἦρξε· πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν· -- αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων μὲν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο· τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τῆς γυναικὸς, ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει οὔτε ἐκόλαζεν· ἀλλ' εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ· τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο· λέγων ὅτι ποιῆσαι μέν τινι ἀνθρώπους, ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει ἐς ὅ,τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. ἔτη γὰρ πεντήκοντα καὶ μῆνας δέκα ἡμέρας τε ιʹ ζήσας καὶ ιθʹ ἔτη ἡμέρας τε ιαʹ αὐταρχήσας ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη· ἀγαθὸς δὲ ἦν καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη ἐν τοῖς ῥητορικοῖς λόγοις καὶ Φιλοσοφίας ἀσκηθείς· -- πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς Φύσεως ἐξήρθη. λέγει καὶ ἄλλους μυρίους ἐπαίνους εἰς αὐτὸν ὁ Δίων. [Hoc Teſtimonium

nium ex Dione Caſſio a *Suida* in Lexicon ſuum eſſe translatum, ex Dionis, qui ſequitur, loco apparebit, quod recte obſervavit *Mer. Caſaubonus*, qui etiam haud ſine veri ſpecie opinabatur, verba ὁ εὐσεβὴς ἐπικληθείς, quae a Dione Caſſio abſunt, nec huc pertinent, ad marginem Suidae a ſciolo quodam adjecta, qui quum alia eſſent de Antonino noſtro teſtimonia, hoc falſo attribuerit Antonino Pio.]

Dio Caſſius Hiſt. Rom. l. LXXI. [c. 34. 35. pag. 1198. ſeq. Ed. *Reimari*] ex Joannis Xiphilini Epitome. Ὁ μὲν Μάρκος ἄριστα δὴ πάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἄρξας οὕτως μετήλλαξεν· εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν· -- αὐτὸς μὲν γὰρ ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο. [καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἀκὼν ἐπλημμέλει·] τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς ἤνεγκε καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζε· καὶ εἴ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει καὶ ἐχρῆτο εἰς ἐκεῖνο αὐτῷ, τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο· -- καὶ ὅτι οὐ προσποιητῶς, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς, πάντα ἔπραττε, πρόδηλον· ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα καὶ μῆνας δέκα ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας καὶ ἐν τούτοις τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ στυγνὸν χρόνον ὑπάρξας, καὶ αὐτὸς ἐννέα καὶ δέκα ἔτη καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ἀλλοιώθη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε· πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας ἀσκηθείς· -- πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύ-

σεως

σεως ἐξήρθη· καὶ γὰρ πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο. τοῖς τε γὰρ συγγενέσι πᾶσι, πολλοῖς καὶ δυνατοῖς πλουσίοις τε οὖσιν, οὕτω τι ἔτι παῖς ὢν ἤρεσεν, ὥςθ' ὑπὸ πάντων [αὐτῶν addit Ed. *Reimari*] ἀγαπηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ, ὅτι μάλιστα εἰς τὸ γένος ποιηθεὶς οὐχ ὑπερεφρόνησεν. -- Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων ῥητορικῶν τε καὶ Φιλοσόφων λόγων --- ἀεὶ διεπίμπλατο.

Herodianus Hiſtor. l. I. [Cap. II. p. 43. ſqq. Edit. *Irmiſch.*] Τῷ βασιλεύοντι Μάρκῳ — ἀρετῆς μὲν πάσης ἔμελεν αὐτῷ· λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι· δηλοῖ δὲ, ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα· παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα, τοὺς δὲ [τε] προσιόντας δεξιούμενος, κολύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους, ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας· μόνος τε βασιλέων Φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο· πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου καιρῶν Φορά· Φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρχοντος γνώμης βιοῦν.

Τὰς θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπρούς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων· ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα.

Idem

Idem [L. I. cap. 4. p. 130. sqq. Ed. Irmischii]. Τελευτήσαντος δὲ Μάρκου ἐπειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχετο· οὐδέ τις ἦν ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ὃς ἀδακρυτὶ τοιαύτην ἀγγελίαν ἐδέχετο· πάντες δὲ, ὥσπερ ἐκ μιᾶς φρενῆς, οἱ μὲν πατέρα χρηστὸν, οἱ δὲ ἀγαθὸν βασιλέα, γενναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγὸν, οἱ δὲ σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἐκάλουν καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο.

Aristides Oratione in Regem. Ἀλλ' ἐμοί γε δοκεῖ τῶν καλῶν εἶναι, ἐν ἑορτῇ καὶ ἐν ἱερομηνίᾳ μεμνῆσθαί τε καὶ λέγειν περὶ τοῦ θείου καὶ φιλανθρώπου βασιλέως· οὐ γὰρ δὴ δέος γε, μὴ ἐπαινεῖν αὐτὸν προελόμενοι, ἔπειτα ἀπορήσωμεν λόγων, ἀλλὰ μὴ τὰ τοιαῦτα ἢ τὰ ὑπάρχοντα τῷ βασιλεῖ, ὥστε μηδένα εἰπεῖν ἀξίως ἂν δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν· Ἐγὼ δ' οὔτε χρόνου πλῆθος ἱκανὸν, οὔτε λόγον οὐδένα ὁρῶ τοῦ βασιλέως ἄξιον, οὐδὲ ὅστις [ὥς τις forte. *Gat.*] αὐτὸν ἱκανῶς ἐγκωμιάσαι δυνήσεται.

Ἓν μὲν οὖν τοῦτο πρῶτον καὶ μέγιστον ὑπάρχει λέγειν περὶ αὐτοῦ, ὅτι καὶ πρότερον, ἢ καταστῆναι εἰς τὴν ἀρχὴν, ἄξιος τῆς βασιλείας ἦν· --- εἴτε γὰρ φόβῳ τῷ πρὸς αὐτὸν, εἴτε αἰδοῖ τοῦ κρείττονος, εἴτε γνώμῃ τῇ βελτίστῃ καὶ δικαιοτάτῃ συγχωρεῖν οἴονται δεῖν, πῶς οὐκ ἐξ ἁπάντων τούτων φανερὸν, ὅντιν' ἔχρῆν εἶναι τὸν βασιλέα.

Τὸν γὰρ μαθόντα, ἃ χρῆ, καὶ παιδευθέντα, καὶ μηδενὸς τῶν καλῶν ἀμελήσαντα, μηδὲ ἀμαθῆ γενόμενον, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς μέρεσι κατακοσμήσαντα τὴν ψυχὴν, εἶκος ἦν πάσης ἔξω γενέσθαι ἁμαρτίας· ταύτην τοίνυν τὴν

παιδείαν καὶ ὁ βασιλεὺς παιδευθείς, καὶ πάντων τῶν καλλίστων μεταςχὼν τῶν μὲν καὶ ἀπὸ Φύσεως ὑπαρξάντων αὐτῷ, τῶν δὲ καὶ ὑπὸ παιδείας γενομένων, οὐ μέσως, οὐδ' ὥςπερ τοῖς ἄλλοις τισίν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν ἑκάστου, ἦν μὲν μέγα ὄφελος τῇ βασιλείᾳ καὶ πρὶν εἰς ταύτην καταστῆναι. Ἐπεὶ δὲ ἡ [immo ἡ] πάντα διοικοῦσα πρόνοια καὶ διατάττουσα καὶ τοῦτον ἐκάθισεν εἰς τὸν βασίλειον θρόνον, τὸν δικαιότατον καὶ ὁσιώτατον βασιλέων -- ὡς ἂν ἐμπειρότατος βασιλέων καὶ γνώμη προέχων -- οὕτως ἐξηγεῖται καὶ διέπει τὸ τῆς ἀρετῆς ὅπερ χρῆ τρόπον· τὴν εὐσέβειαν μὲν καὶ δικαιοσύνην, ἔτι δὲ σωφροσύνην καὶ ἐγκράτειαν καὶ φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην κοσμῶν γε ἀρετήν. ἤρξατο μὲν γὰρ, ὥςπερ προσήκει, ἀπὸ εὐσεβείας· διεξῆλθε δὲ καὶ διὰ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς ἀρετῆς. τίς μὲν γὰρ δικαιοσύνης; τίς δὲ Φιλανθρωπίας; τίς δὲ τῆς ἄλλης ἀρετῆς τοσαῦτα δείγματα καὶ τοιαῦτα, ὅσα καὶ [οἷα] ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐξήνεγκε;

Ὁ δ' ἐπέδειξεν, ὅτι καὶ ἰδιώτην ὄντα καὶ βασιλέα οἷόν τε ἐστὶ τὸν αὐτὸν διὰ τέλους εἶναι· τοιοῦτον μὲν πρὸ τῆς βασιλείας παρασχὼν ἑαυτὸν, ὥστε δικαίως ἀξιωθῆναι ταύτης· ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ οὐκ ἐκστὰς ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τῷ αὐτῷ νῷ καὶ τρόπῳ χρώμενος. — Verum videnda [inquit Gatakerus] integra Oratio; quam, ad Commodum deflexione facta, sic claudit: Σὲ δὲ, ὦ παῖ γενναῖε γενναίων, κατ' ἴχνος εἴη βαίνειν τοῦ πατρός· τοῦτο γὰρ ὡς γε ἐν βραχεῖ πλεῖστον εἰρήσθω.

Idem Oratione in Regem. Ὅ γε μὴν νῦν ἄρχων μέγας, οἷον ἀγωνιστὴς καθαρὸς, τοσοῦτον ὑπεραίρει τοὺς πρὸ αὐτοῦ

αὐτοῦ [καὶ] τὸν πατέρα, ὅσον οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον, ἑτέρους αὐτὸς ὑπεραίρει. καὶ δὴ φαίη τις ἂν δικαιοσύνην καὶ νόμιμον εἶναι τοῦτο ὡς ἀληθῶς ὅ,τι κρίνειεν οὗτος.

Idem in Panegyrica Cyzicena de Marci imperio. Ἄξιον δὲ καὶ τῆς τύχης ἕνεκα ὑμῖν συνησθῆναι· ἐπεγράψασθε μὲν γὰρ τὸν ἄριστον τῶν εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον βασιλέων· ἥκει δὲ ὑμῖν τὸ ἔργον πρὸς τέλος ἐν τοῖσδε τοῖς καιροῖς, οἳ τὰ καλῶν αὖ κάλλιστα εἰλήχασι, καὶ ὑπὲρ ὧν δικαιότατον χαριστήριον τοιοῦτον ἑστηκὸς εἴη τοῖς θεοῖς, ἐπειδήπερ οὐ ῥᾴδιον ἦν μεῖζον ἐξευρεῖν.

Στρατηγοὶ μὲν στρατηγοὺς ἤδη ἐν κινδύνοις προείλοντο· καὶ πόλεις ἀλλήλας ἐπὶ καιρῶν παρέλαβον· καὶ βασιλεῖς πρὸς βασιλέας φιλίας καὶ συνθήκας ἐποιήσαντο, καὶ οὗτοι τῆς χρείας ὡς τὰ πολλὰ ἡττηθέντες, καὶ μέχρι τούτου κοινωνίας ἴσμεν γενομένας. Βασιλεὺς δὲ ἑκὼν, βασιλέα δὴ προείλετο ἑαυτῷ τῶν ὅλων, καὶ μόνος τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος, οὐκ ἀρχὴν προσλαβεῖν μᾶλλον ἐζήτησε, ἢ βασιλέα προσλαβεῖν ἐπὶ πᾶσι τοῖς οὖσι· ὃ καὶ τῶν εἰς μνήμην ἡκόντων ἐν λόγῳ θαυμαστότατον καὶ πᾶσαν τὴν εὐγένειάν τε καὶ παιδείαν ἔχει συλλαβὸν καὶ οὔτ' ἰδιώτης οὐδεὶς δύναται σιωπᾷν, πόλις τε ἅπασα καὶ γένη ἅπαντα ἀνθρώπων ἐπέπληκται.

Idem Palinodia in Smyrnam reſtauratam. Τοῖς τε πάντα ἀρίστοις βασιλεῦσιν πάσας πόλεις ὑφ' ἑαυτοῖς ἔχουσι τὴν καλλίστην οἰκίσαι φιλοτιμίαν εἶχε· τῇ τε πόλει τὸ διὰ τούτων ἀνεγερθῆναι καὶ τοιούτους ἀρχηγέτας ἐπιγράψασθαι τὴν συμφορὰν εἰς εὐπραξίαν μετέλαβε· πρότερον μὲν γὰρ Θησέα καὶ Ἀλέξανδρον ᾠδομεν· τὸν μὲν τῶν ἐν Ἕλλησιν οἶμαι

φιλανθρωπότατον, τὸν δὲ συμπάντων βασιλέων μάλιστα δὴ θαυμασθέντα τῆς εἰς τοὺς πολέμους τόλμης ἕνεκα· νῦν δ' ἔτι λαμπροτέρους καὶ μείζονας οἰκιστὰς προσελάβομεν· οἷς πᾶσα μὲν γῆ καὶ θάλαττα ὑπήκοος, ἐκ πατέρων τε καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ προσκέκτηνται σοφίας δὲ καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀληθείας καὶ χρηστότητος οὐκ ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ πλέον, τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχύος περίεστι.

Philostratus in Vitis Sophistarum l. II. in Philisco. Ἀντωνῖνος δ' ἦν αὐτοκράτωρ ὁ τοῦ Φιλοσόφου παῖς.

Idem in Herode. Ἐσπούδαζε μὲν ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος περὶ Σέξτον τὸν ἐκ Βοιωτίας Φιλόσοφον, θαμίζων αὐτῷ καὶ Φοιτῶν ἐπὶ θύραις· ἄρτι δ' ἥκων εἰς τὴν Ῥώμην ὁ Λούκιος ἤρετο τὸν αὐτοκράτορα προϊόντα, Ποῖ βαδίζει καὶ ἐφ' ὅ,τι; καὶ ὁ Μάρκος, καλὸν, ἔφη, καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν· εἶμι δὲ πρὸς Σέξτον τὸν Φιλόσοφον μαθησόμενος ἃ οὔπω οἶδα· καὶ ὁ Λούκιος ἐξάρας τὴν χεῖρα ἐς τὸν οὐρανὸν, ὦ Ζεῦ, ἔφη, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη δέλτον ἐξαψάμενος ἐς διδασκάλου Φοιτᾷ, ὥσπερ οἱ παῖδες· ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἀπέθανεν.

Idem ibidem. Ὁ Μάρκος Φύσει δημοτικώτερος. Quo loco [inquit *Gatakerus*] et Herodem Sophistam qua sapientia Marcus tulerit, refert.

Idem in Theodoto. Προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις· καὶ οὐ τοῦτό που λόγον ἄξιον· οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐπιβατεύοντες τοῦ θρόνου τούτου λόγου ἄξιοι· ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν Πλατωνείους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τῶν Περιπάτου καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον

κουρον [*Gat.* malebat αὐτοῦ Ἐπικούρου, qua emendatione, si quid video, non opus est] προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρῖναι· τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν δόξης ἀπέκρινε τοῖς νέοις, ἀγωνιστὴν τῶν πολιτικῶν προσειπὼν λόγων καὶ ῥητορικῆς ὄφελος.

Idem in Hermogene. Ἑρμογένης ιε' ἔτη γεγονὼς ἐφ' οὕτω μέγα προύβη τῆς τῶν σοφιστῶν δόξης, ὡς καὶ Μάρκῳ βασιλεῖ παρασχεῖν ἔρωτα ἀκροάσεως· ἐβάδισε γοῦν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν αὐτοῦ ὁ Μάρκος· καὶ ἤσθη μὲν διαλεγομένου, ἐθαύμαζε δὲ σχεδιάζοντος, δωρεὰς δὲ λαμπρὰς ἔδωκεν.

Idem in Aristide. Οἰκιστὴν δὲ καὶ τὸν Ἀριστείδην τῆς Σμύρνης οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος· τὴν γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν καὶ χασμάτων, οὕτω τε ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μονῳδίᾳ, θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ, ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι, καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ἐπιστάξαι· -- Καὶ οὐ φημὶ ταῦτα ὡς οὐχὶ καὶ τοῦ βασιλέως ἀνοικίσαντος ἂν τὴν ἀπολωλυῖαν πόλιν, ἣν οὖσαν ἐθαύμασεν· ἀλλ' ὅτι αἱ βασίλειοί τε καὶ θεσπέσιοι φύσεις, ἢν προσεγείρῃ αὐτὰς ξυμβολία καὶ λόγος, ἀναλάμπουσι μᾶλλον καὶ πρὸς τὸ ποιεῖν εὖ ξὺν ὁρμῇ φέρονται. Eundem [addit *Gatakerus*] quam familiariter Marcus habuerit, ibidem vide.

Idem in Adriano. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους, οὓς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ὑπὲρ μυστηρίων ἐστάλη, ἐκράτει μὲν ἤδη τοῦ τῶν σοφιστῶν θρόνου ὁ ἀνὴρ οὗτος· ἐν μέρει δὲ ὁ Μάρκος τῆς τῶν Ἀθηνῶν ἱστορίας [ἐτίθει] μηδὲ τὴν

τὴν ἐκείνου σοφίαν ἀγνοῆσαι· καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν τοῖς νέοις, οὐκ ἀκροάσει βασανίσας, ἀλλὰ ξυνθέμενος τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ. - - - ἀγασθεὶς αὐτὸν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ μέγα ἦρε δωρεαῖς τε καὶ δώροις· καλῶ δὲ δωρεὰς μὲν τάς τε σιτίσεις καὶ τὰς προεδρίας καὶ τὰς ἀτελείας καὶ τὸ ἱερῶσθαι καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρύνει ἄνδρας· δῶρα δὲ χρυσὸν, ἀργύριον, ἵππους, ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἑρμηνεύειν πλοῦτον, ὧν αὐτόν τε ἀνέπλησε καὶ γένους τοῦ ἐκείνου πάντας.

πόλι Φίλη Κέκροπος κ. τ. λ.] *Vatic. A.* depravate: πόλλοι Φίλοι κέκροπος, σὺ δὲ οὐκ ἐρεῖς, ὦ πόλλοι Φίλοι διός; — *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* ὦ ante πόλι Φίλη Διός omittunt, et *Caſ.* operarum errore Φίλι exhibet.

Ad Sect. 24. (*ap. Lugd.* 18. *Caſ.* 16.)

ὀλίγα πρῆσσε, φησὶν, εἰ μέλλεις κ. τ. λ.] *Vat. A.* perperam: ὀλίγα πρὶν σε, Φησὶν, οὐ μέλλεις. Ne quis Joniſmo πρῆσσε offendatur, moneo, eſſe *Democriti* verba, quae h. l. ab Antonino laudantur.

μή ποτε ἄμεινόν τ' ἀναγκαῖα κ. τ. λ.] Sic recte Edd. omnes, praeter *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*, ubi μηδὲν ἄμεινον τοῦ ἀναγκαῖα κ. τ. λ., ſed ex conjectura *Xyl.* haud probanda. Cod. enim *Palatin.*, ipſo *Xyl.* teſte, legit μήποτε ἄμεινον τ' ἀναγκ. conſentiente *Vat. A.* Quam lectio-

„*o cara Cecropis civitas!*„ inquit; et tu non diceres: „*o cara civitas Jovis!*„

24. „*Pauca age*, inquit, *ſi tranquillo animo eſſe cupis.*„ Nonne forte praeſtat, neceſſaria agere, quaeque animantis civilis ratio requirit et qua ratione requirit? Hoc enim non tantum eam, quae a bene agendo, ſed et eam, quae a pauca agendo oritur, tranquillitatem praeſtat. Pleraque enim eorum, quae dicere et facere conſuevimus, ut quae non neceſſaria ſunt, ſi ſuſtulerimus, tranquilliores et minus perturbati erimus. Hinc oportet ad ſingula, ſe ipſum monere: numquid hoc ex iis, quae non neceſſaria ſunt? Nec actiones tantum, ſed et cogitationes non neceſſariae ſunt tollendae: hoc enim ſi fit, neque actiones ſupervacaneae conſequentur.

25. Fac periculum, quomodo tibi procedat vita viri boni, ejus, [inquam,] qui tum in fato a rerum univerſitate ſibi deſtinato, tum juſtis ſuis actionibus et benevola mentis affectione adquieſcit.

26. Vi-

lectionem et *Caſ.* et *Gat.* comprobarunt.

τοῦτο γὰρ οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τοῦ καλῶς πρ. κ. τ. λ.] *Vatic. A.* τοῦτο γὰρ οὐ μόνην τὴν κ. τ. λ. haud male. Pro τὴν perperam in *Woll.* τὸν. — Verba autem εὐθυμίαν Φέρει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ὀλίγα πράσσειν exciderunt librario, qui *Vat. A.* ſcripſit.

καὶ ἀταραχτότερος] *Vat. A.* depravate: ἀπαραχτότερος.

μήτι τοῦτο οὐ τῶν ἀναγκαίων;] Cum *Moro* legendum videtur: μήτι τοῦτο τῶν οὐκ ἀναγκαίων.

ἐπακολουθήσουσι] *Vatic. A.* corrupte: ἐναχολουθήσουσι.

Ad Sect. 25. (*ap. Lugd.* 19. *p. Caſ.* 17.)

καὶ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου βίος] Artic. τοῦ ante ἀγαθοῦ abeſt a *Lugdun.*, *Caſ.* et *Oxon.*

Ad

κς'. Ἑώρακας ἐκεῖνα; ἴδε καὶ ταῦτα. σεαυτὸν μὴ τάρασσε. ἄπλωσον σεαυτόν. ἁμαρτάνει τις; ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. συμβέβηκε σοί τι; καλῶς· ἐκ τῶν ὅλων ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθείμαρτο, καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον· τὸ δ' ὅλον, βραχὺς ὁ βίος. κερδαντέον τὸ παρὸν σὺν εὐλογιστίᾳ καὶ δίκῃ. νῆφε ἀνειμένος.

κζ'. Ἤτοι κόσμος διατεταγμένος, ἢ κυκεών· συμπεφορημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος. ἢ ἐν σοὶ μέν τις κόσμος ὑφίστασθαι δύναται, ἐν δὲ τῷ παντὶ ἀκοσμία; καὶ ταῦτα, οὕτως πάντων διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων καὶ συμπαθῶν;

κή. Μέλαν ἦθος, θῆλυ ἦθος, περισκελὲς ἦθος, θηριῶδες, βοσκηματῶδες, παιδαριῶδες, βλακικὸν, κίβδηλον, βωμολόχον, καπηλικὸν, τυραννικόν.

κθ'. Εἰ

Ad Sect. 26. (*ap. Lugd.* 19. *p.* 20. *Caſ.* 17.)

ἑώρακας ἐκεῖνα; ἴδε καὶ ταῦτα] Nihil refert, utrum cum *Gatakero* interrogandi ſignum poſt ἐκεῖνα collocetur, an cum *Caſaubono* deleatur. Senſus idem erit.

συμβέβηκε σοί τι; καλῶς· ἐκ τῶν ὅλων κ. τ. λ.] In caeteris Editionibus vitioſa interpunctione hic Antonini locus laborat. Scribitur enim ſic: συμβέβηκε σοί τι καλῶς; ἐκ τῶν ὅλων κ. τ. λ. ſenſu frigido. Monuerat jam *Caſaub.* de emendatione, quam praeferendam duxi. Qua quidem admiſſa non opus eſt, ut cum *Uptono* ad *Arrian.* Diſſ. Epict. I, 12, 15. pro καλῶς legamus κακῶς, quamquam ſatis conſtat, καλὸς et κακὸς, καλῶς et κακῶς ſaepiſſime a librariis permutari. Caeterum, lectorum venia, ad h. l. proponam Notam *de Joly* alteri Editioni Verſion. Franco - Gall. additam: „*Upton*, ſur l'Epictete d'*Arrien*, vouloit, qu'on lût ici κακῶς au lieu de καλῶς. Mais le Manuſcrit du Roi leve la difficulté: le point d'interrogation s'y trouve placé avant καλῶς, au lieu d'être après, comme il l'eſt dans l'édition de *Gataker.*„ Haec illic. De quo vero Cod. Mſpto Regio haec dicta

26. Vidisti illa? Vide et haec: te ipsum ne conturbes, simplicem atque candidum te praestes. Peccat aliquis? Sibi peccat. Accidit tibi aliquid? bene habet: ab initio tibi, quidquid contingit, a rerum universitate tibi destinatum et fato certo adsignatum est. Summa huc redit: brevis est vita; lucrandum, quod instat, tempus, considerate justeque agendo. In animo remittendo sobrius sis.

27. Mundus vel ordine dispositus, vel miscela temeraria, congesta ea quidem, ut mundus sit tamen. Fierine potest, ut in te mundus [i. e. ordo] sit, in rerum universitate autem mera confusio? praesertim omnibus discretis et diffusis et [tamen] conspirantibus?

28. Mores nigri, effeminati, praefracti, belluini, pecuini, pueriles, stolidi, subdoli, scurriles, perfidi, tyrannici.

29. Si

cta sint, nescio. In eo saltem Cod. Biblioth. Nation. Franco-Gall., ex quo Varietatem lectionis accepi, haec Sectio non exstat. Et tamen idem hic Codex esse videtur, qui a *Menag.* in Notis ad Antonin. Msptis et a *De Joly regius* vocatur. Mirum igitur, ni *De Joly* h. l. se fefellerit.

καὶ συνεκλώθετο] *Menagius* malebat: συνέκλωστο. n. n. — Paullo ante *Vat. A.* corrupte ᾧ συγκαθήμαρτον. ἀπ' ante ἀρχῆς operarum vitio desideratur in *Cas.*

νῆφε ἀνειμένος] *Vat. A.* νῆφε ἀνειμέρως, vitiose. An vero fortasse praestat ἀνειμένως.

Ad Sect. 27. (*ap. Lugd.* 21. *Cas.* 18.)

συμπεφορημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος] Displicet, nescio cur, illud συμπεφορημένος, pro quo malim συμπεφυρμένος, coll. XII, 14. Idem jam video in mentem venisse *Loyerio*, teste *De Joly* in Vers Fr. Gall. ad h. l. — *Reiske* malebat: ἀλλὰ κοσμῷ, *at ordine tamen.*

πάντων διακεκριμένων καὶ διακεχυμένων κ. τ. λ.] διακεκριμένων operarum errore ex *Lugd.* et *Cas.* excidit.

Sect. 28. (*ap. Lugdun.* 22. *Cas.* 19. *p.*)

Ad

κθ'. Εἰ ξένος κόσμου, ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα, οὐχ ἧττον ξένος, καὶ ὁ μὴ γνωρίζων τὰ γιγνόμενα. Φυγὰς, ὁ φεύγων τὸν πολιτικὸν λόγον· τυφλὸς, ὁ καταμύων τῷ νοερῷ ὄμματι· πτωχὸς, ὁ ἐνδεὴς ἑτέρου, καὶ μὴ πάντα ἔχων παρ' ἑαυτοῦ τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. ἀπόστημα κόσμου, ὁ ἀφιστάμενος, καὶ χωρίζων ἑαυτὸν τοῦ τῆς κοινῆς φύσεως λόγου, διὰ τοῦ δυσαρεστεῖν τοῖς συμβαίνουσιν. ἐκείνη γὰρ φέρει τοῦτο, ἣ καὶ σὲ ἤνεγκεν· ἀπόσχισμα πόλεως ὁ τὴν ἰδίαν ψυχὴν τῆς τῶν λογικῶν ἀποσχίζων, μιᾶς οὔσης.

λ'. Ὁ μὲν χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ, ὁ δὲ χωρὶς βιβλίου· ἄλλος οὕτως ἡμίγυμνος. ἄρτους οὐκ ἔχω, φησὶ, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ· ἐγὼ δὲ τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων οὐκ ἔχω, καὶ ἐμμένω.

λα'. Τὸ τεχνίον, ὃ ἔμαθες, φίλει, τούτῳ προσαναπαύου. τὸ δὲ ὑπόλοιπον τοῦ βίου διέξελθε, ὡς θεοῖς μὲν ἐπιτετροφὼς τὰ σεαυτοῦ πάντα ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, ἀνθρώπων δὲ μηδενὸς μήτε τύραννον, μήτε δοῦλον ἑαυτὸν καθιστάς.

λβ'. Ἐπινόησον λόγου χάριν τοὺς ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καιροὺς, ὄψει ταῦτα πάντα· γαμοῦντας, παιδοτροφοῦντας, νοσοῦντας, ἀποθνήσκοντας, πολεμοῦντας, ἑορτάζοντας, ἐμπορευο-

Ad Sect. 29. (*ap. Lugd.* 23. 24. *Caſ.* 19. *p.*)

Φυγὰς, ὁ φεύγων κ.τ.λ.] Pro Φυγὰς *Vat. A.* corrupte σφαγὰς.

Ad Sect. 30. (*ap. Lugd.* 25. *p. Caſ.* 20.)

ἄλλος οὕτως ἡμίγυμνος] Exſpectaveram cum *Menag.* et *Gatak.* ἄλλος οὗτος ἡμίγυμν. *Vat. A.* autem exhibet — οὕτως et vitioſe ἡμίγγυμνος.

Ad Sect. 31. (*ap. Lugd.* 25. *p. Caſ.* 20.)

τὸ τεχνίον, ὃ ἔμαθες] *Vat. A.* corrupte: — ὃν ἔμαθες.

ὡς θεοῖς μὲν ἐπιτετροφὼς] *Menag.* malebat ἐπιτετροπὼς aut ἐπιτετρεφὼς.

ἀν-

29. Si peregrinus in mundo eſt, qui ignarus eſt eorum, quae in mundo ſunt, non minus peregrinus eſt, qui ignorat, quae in mundo fiunt: profugus, qui rationem civilem fugit: coecus, qui mentis oculos clauſos habet: egenus, qui alterius cujusquam indiget, nec in ſe habet omnia, quibus ad vitam opus eſt; abſceſſus mundi, qui abſcedit ſeque a naturae communis ratione ſejungit, dum iis, quae eveniunt, offenditur: eadem enim hoc fert [natura], quae et te protulit: avulſus e civitate, qui animam ſuam ab una illa, quae omnibus ratione praeditis communis eſt, vi avellit atque diſcindit.

30. Hic ſine tunica philoſophatur; ille ſine libro; alius ita ſeminudus; panis, inquit, quum deſit, rationem tamen conſtanter obſervo; mihi vero victus ex doctrinarum ſtudio non quaeritur, perſiſto tamen.

31. Artem, quam didiciſti, diligito et in ea adquieſcito; quod autem vitae reliquum eſt, [ita] exigito, ut qui Diis tua omnia ex toto animo commiſeris, nec ullius hominis aut ſervum aut tyrannum te praebeas.

32. Conſidera, verbi gratia, Veſpaſiani tempora, et deprehendes haec omnia: nuptias contrahentes, liberos tollentes, aegrotantes, morientes, militantes, feſta celebran-

ἀνθρώπων δὲ μηδενὸς κ. τ. λ.] *Adnot. Lugd.* malebat: — μηδενὶ. n. n.

Ad Sect. 32. (*ap. Lugd.* 26. 27. *Caſ.* 21.)

ἐπινόησον λόγου χάριν τοὺς ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καιροὺς κ. τ. λ.] *Vat. A.* perperam: ἐπινόησον σοῦ λ. χ. τ. ἐπὶ οὐ Οὐεσπεσιανοῦ χάριν.

ὄψει ταῦτα πάντα] *Gatak.* mal.: τ'αυτὰ *l.* τὰ αὐτὰ πάντα. — haud male; ferri tamen poteſt vulgaris.

παιδοτροφοῦντας] Sic dedi cum antiquioribus omnibus, *Xyl.* 1. ſcil. *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* — *Gatak.* vero et

πορευομένους, γεωργοῦντας, κολακεύοντας, αὐθαδιζομένους, ὑποπτεύοντας, ἐπιβουλεύοντας, ἀποθανεῖν τινας εὐχομένους, γογγύζοντας ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ἐρῶντας, θησαυρίζοντας, ὑπατείας, βασιλείας ἐπιθυμοῦντας. οὔκουν ἐκεῖνος μὲν ὁ τούτων βίος, οὐκ ἔτι οὐδαμοῦ. Πάλιν ἐπὶ τοὺς καιροὺς τοὺς Τραϊανοῦ μετάβηθι· πάλιν τὰ αὐτὰ πάντα. τέθνηκε κἀκεῖνος ὁ βίος. ὁμοίως καὶ τὰς ἄλλας ἐπιγραφὰς χρόνων καὶ ὅλων ἐθνῶν ἐπιθεώρει, καὶ βλέπε, πόσοι κατενταθέντες, μετὰ μικρὸν ἔπεσον, καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα. Μάλιστα δὲ ἀναπολητέον ἐκείνους, οὓς αὐτὸς ἔγνως κενὰ σπωμένους, ἀφέντας ποιεῖν τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευήν, καὶ τούτου ἀπρίξ ἔχεσθαι, καὶ τούτῳ ἀρκεῖσθαι. ἀναγκαῖον δὲ ὧδε τὸ μεμνῆσθαι, ὅτι καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καθ' ἑκάστην πρᾶξιν, ἰδίαν ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν. οὕτως γὰρ οὐκ ἀποδυσπετήσεις, ἐὰν μὴ ἐπὶ πλέον ἢ προσῇ περὶ τὰ ἐλάσσω καταγίνῃ.

λγ'. Αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν. οὕτως οὖν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλαι πολυϋμνήτων, νῦν τρόπον

et reliquae παιδιοτροφοῦντας habent.

βασιλείας ἐπιθυμ.] Ed. *Mori* operarum errore βασειλείας.

οὔκουν ἐκεῖνος μὲν ὁ τούτων βίος κ. τ. λ.] *Reche* malebat: ὅπου οὖν ἐκ. μ. ὁ τ. βίος; οὐκ ἔτι οὐδαμοῦ. — *Vat. A.* corrupte: οὐκοῦν ἐκείνους μὲν ὁ τούτου βίος. — Οὔκουν vero dedi pro οὐκοῦν, quod ceterae Edd. habent, quod tamen ferri non potest, nisi addito post βίος signo interrogandi: et vel sic nimis durum videtur.

πάλιν ἐπὶ τοὺς καιροὺς τοὺς Τραϊανοῦ κ. τ. λ.] Sic in omnibus Edd. legitur, quae *Gatakeriana* antiquiores sunt. *Gat.* vero et reliquae: — ἐπὶ τ. κ. τοῦ Τρ. — Optimum foret: ἐπὶ τοὺς καιροὺς τοὺς τοῦ Τραϊανοῦ.

ὁμοίως

brantes, negotiantes, agros colentes, adulantes, arroganter pervicaces, ſuſpicionibus indulgentes, inſidias ſtruentes, mortem quorundam expetentes, de praeſente rerum ſtatu murmurantes, amantes, theſauros colligentes, conſulatum et regnum adfectantes. Non profecto non unquam amplius illorum vita eſt. Rurſus ad Trajani tempora transeas, quaeſo: eadem denuo omnia [reperies]. Iſtorum quoque vita morte deſiit. Pariter et alios temporum totarumque gentium titulos [ſepulchrales, ut ita dicam] contemplare atque conſidera, quam multi, quum enixe ſe contendiſſent, paullo poſt occiderint et in elementa reſoluti ſint. In primis vero memoria recolendi ſunt, quos ipſe noviſti rebus vanis distractos id agere intermiſiſſe, quod peculiari eorum conſtitutioni erat neceſſarium, eique firmiter haerere, eodemque contentum eſſe. Verum et hoc memineris oportet, ut in unaquaque actione tantum collocetur curae, quantum ſingulari ejus dignitati atque congruentiae convenit. Ita fiet, ut non diutius, quam par eſt, in rebus exiguis verſatus faſtidio non corripiaris.

33. Uſitata quondam vocabula, nunc gloſſemata. Ita etiam nomina illorum, qui quondam erant celeberrimi, nunc quo-

ὁμοίως καὶ τὰς ἄλλας] *Woll.*, *Mori* et *De Joly* operarum errore: ὁμοίους.

πόσοι κατεντα θέντες, μετὰ μικρὸν ἔπεσον,] *Reche* malebat πόσοι κατεντα θέντες μετὰ [i. e. εἰς] μακρὸν, ἔπεσον — *quam multi in ſummo honoris faſtigio conſtituti occiderint* etc. — Nec tamen hac emendatione opus eſt. Vid. Commentar. ad h. l.

εἰς τὰ στοιχεῖα. Μάλιστα δὲ] Sic *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*; *Gatak.* vero et reliquae: εἰς τὰ στοιχεῖα, καὶ μάλιστα δὲ — particula copulativa alieno loco inſerta, quam tollendam putavi.

Ad Sect. 33. (*ap. Lugd.* 28. 29. *Caſ.* 22. *p.*)

γλωσσήματα νῦν] *Vatic. A.* inverſo ordine νῦν γλ.

τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐστι, Κάμιλλος, Καίσων, Οὐόλεσος, Λεοννάτος, κατ' ὀλίγον δὲ καὶ Σκιπίων, καὶ Κάτων, εἶτα καὶ Αὔγουστος, εἶτα καὶ Ἁδριανὸς, καὶ Ἀντωνῖνος. ἐξίτηλα γὰρ πάντα, καὶ μυθώδη ταχὺ γίνεται· ταχὺ δὲ καὶ παντελὴς λήθη κατέχωσεν. καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν θαυμαστῶς πως λαμψάντων. οἱ γὰρ λοιποὶ ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι, ἄϊστοι, ἄπυστοι. τί δὲ καὶ ἐστιν ὅλως τὸ ἀείμνηστον; ὅλον κενόν. τί οὖν ἐστι, περὶ ὃ δεῖ σπουδὴν εἰσφέρεσθαι; ἓν τοῦτο, διάνοια δικαία, καὶ πράξεις κοινωνικαὶ, καὶ λόγος οἷος μήποτε διαψεύσασθαι, καὶ διάθεσις ἀσπαζομένη πᾶν τὸ συμβαῖνον, ὡς ἀναγκαῖον, ὡς γνώριμον, ὡς ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης, καὶ πηγῆς ῥέον.

λδ'. Ἑαυτὸν τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδου, παρέχων συννῆσαι, οἷς τισί ποτε πράγμασι βούλεται.

λε'. Πᾶν ἐφήμερον καὶ τὸ μνημονεῦον, καὶ τὸ μνημονευόμενον.

λς'. Θεώρει διηνεκῶς πάντα κατὰ μεταβολὴν γινόμενα· καὶ ἐθίζου ἐννοεῖν, ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν ὅλων φύσις,

κατ' ὀλίγον] i. e. h. l. μετ' ὀλίγον, nisi sic forte legendum est.

δὲ καὶ Σκιπίων] Copulativam, quam *Gat.* et reliquae Edd. ignorant, ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.* addendam esse existimavi.

ἐξίτηλα γὰρ πάντα κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugd.* ἐξήτιλα, absque dubio operarum errore, his Edd. solemni, quae η et ι saepissime confundunt.

ἄϊστοι, ἄπυστοι] *Vat. A.* corrupte: αἴαστοι ἄπυστοι.

τί δὲ καὶ ἐστιν ὅλως τὸ ἀείμνηστον] Articulum τὸ ante ἀείμνηστον, quod *Gat.* et quae eam secutae sunt, Edd. omiserunt, ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.* restitui.

καὶ λόγος οἷος μήποτε διαψεύσασθαι, καὶ διάθεσις κ. τ. λ.] *Vat. A.* depravate pro μήποτε habet μήτε et pro διάθεσις — διαθέσει. Saepissime ab hujus Codicis librario ει et ι permutantur.

ὡς

quodammodo gloſſemata: Camillus, Caeſo, Voleſius, Leonnatus: paullo poſt et Scipio et Cato: tum Auguſtus etiam: deinde et Hadrianus et Antoninus. Evanida enim ſunt omnia, citoque in fabulas abeunt, mox et oblivione prorſus obruuntur; atque haec dico de iis, qui mirum quantum inclaruere. Caeteri enim, quam primum exſpiraverunt, ignoti et ne fando quidem auditi. — Quamquam quid eſt omnino aeterna memoria? mera vanitas. Quid igitur eſt, in quod ſtudio incumbendum ſit? Unum hoc, [ut] mens [ſit] juſta, actiones ſociales, ſermo mendacii expers, adfectio prompta ad amplectendum, quidquid contigerit, ut neceſſarium, ut familiare, ut a tali principio et fonte promanans.

34. Fato ſponte tua te dedas; ei permittens, quibuscunque libuerit rebus te innectere.

35. Unius diei ſunt et quod commemorat et quod commemoratur.

36. Hoc nunquam non conſidera, omnia per mutationem fieri, et adſueſce cogitare, nihil aeque diligere uni-

 verſi

ὡς ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης,] Malim cum *Menag.* — ἀρχῆς τῆς αὐτῆς — quamquam et illud ſenſum praebet haud omnino ſpernendum.

Ad Sect. 34. *(ap. Lugd.* 30. *p. Caſ.* 22. *p.)*

τῇ κλωθοῖ συνεπιδίδου] *Vatic. A.* corrupte: τῇ κλωθώ *(ſic.)* —

Sect. 35. *(ap. Lugdun.* 30. *p. Caſ.* 22. *p.)*

Ad Sect. 36. *(ap. Lugd.* 30. *p. Caſ.* 22. *p.)*

θεώρει διηνεκῶς πάντα κατὰ μεταβολὴν γινόμενα καὶ ἐθίζου] In omnibus Edd., quas vidi, praeter *Dejol.*, legitur: θεώρει, πάντα κατὰ μεταβολὴν γινόμενα γίνεται· καὶ ἐθίζου κ. τ. λ. Quae lectio quum ferri non poſſet, *Gat.* putabat *aut* ὅτι ſ. πῶς ante πάντα excidiſſe, *aut* pro γίνεται legendum eſſe γίνεσθαι. Prius et *Caſ.*, poſterius vero *Menagio* ſe probavit. At debuerat ſaltem eſſe: ὅτι πάντα τὰ γινόμενα κατὰ μεταβολὴν γίνεται. Tollitur autem difficultas, deleto vocabulo γίνεται, quod *Vat. A.* ignorat, et quod recte

φύσις, ὡς τὸ τὰ ὄντα μεταβάλλειν, καὶ ποιεῖν νέα ὅμοια. σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ὂν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐσομένου. σὺ δὲ μόνα σπέρματα φαντάζει τὰ εἰς γῆν, ἢ μήτραν καταβαλλόμενα· τοῦτο δὲ λίαν ἰδιωτικόν.

λζ'. Ἤδη τεθνήξῃ, καὶ οὔπω οὔτε ἁπλοῦς, οὔτε ἀτάραχος, οὔτε ἀνύποπτος τοῦ βλαβῆναι ἂν ἔξωθεν, οὔτε ἵλεως πρὸς πάντας, οὔτε τὸ Φρονεῖν ἐν μόνῳ τῷ δικαιοπραγεῖν τιθέμενος.

λή. Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε, καὶ τοὺς Φρονίμους, οἷα μὲν Φεύγουσιν, οἷα δὲ διώκουσιν.

λθ'. Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν οὐχ ὑφίστανται· οὐδὲ μὲν ἔν τινι τροπῇ καὶ ἑτεροιώσει τοῦ περιέχοντος· ποῦ οὖν; ὅπου τὸ περὶ κακῶν ὑπολαμβάνον σοί ἐστι. τοῦτο οὖν μὴ ὑπολαμβανέτω, καὶ πάντα εὖ ἔχει. κἂν τὸ ἐγγυτάτω αὐτοῦ, τὸ σωμάτιον, τέμνηται, καίηται, διαπύισκηται, σήπηται, ὅμως τὸ ὑπολαμβάνον περὶ τούτων μόριον, ἡσυχαζέτω· τοιοῦτόν ἐστι, κρινέτω μήτε κακόν τι εἶναι, μήτε

cte ſuſtulit *De Joly*, qui tamen, more ſuo, ne verbo quidem de eo lectorem monet. Caeterum πάντα — γινόμενα dictum eſſe pro πάντα — γίνεσθαι, non eſt, quod pluribus dicam.

σὺ δὲ — φαντάζει] Si vera eſt lectio, φαντάζει attice eſt pro φαντάζῃ, quod *Caſ.* praeferebat.

λίαν ἰδιωτικόν] *Vat. A.* perperam λ. διωτικόν.

Ad Sect. 37. *(ap. Lugd.* 31. *Caſ.* 23.)

καὶ οὔπω οὔτε ἁπλοῦς] *Vat. A.* corrupte: ἁπλῶς.

Ad Sect. 38. *(ap. Lugd.* 32. *Caſ.* 24. *p.)*

καὶ τοὺς Φρονίμους] Sic Edd. omnes, conſentiente *Vatic. A.*, quam lectionem non temere damnandam opinor. *Gat.* tamen malebat καὶ τὰς Φρονιδας. — Mihi vero, ſi quid mutandum eſt, magis arridet: καὶ τῶν Φρονίμων, *adeoque eorum, qui prudentiam jactant.*

Ad Sect. 39. *(ap. Lugd.* 33. *Caſ.* 24. *p.)*

οὐδὲ μὲν ἔν τινι τροπῇ καὶ ἑτεροιώσει τοῦ περιέχον-

verſi naturam, ac ea, quae ſunt, mutare et nova [iis] ſimilia effingere. Semen enim quodammodo eſt, quidquid eſt, ejus, quod ex eo oriturum eſt. Tu autem id tantum ſemen opinaris, quod in terram aut uterum dejicitur; hoc vero hominis eſt admodum rudis et imperiti.

37. Jamjam moriturus es: necdum ſimplex es, imperturbatus, ſuſpicione liber, extrinſecus tibi poſſe damnum adferri, omnibus propitius, juſte agere unicam prudentiam ratus.

38. Mentes illorum intuere, adeoque eorum prudentiſſimos, qualia fugiant, qualia proſequantur.

39. In alterius mente malum tuum non eſt ſitum, nec in motu quodam aut variatione ejus, quod te ambit. Ubi ergo? in qua parte tibi illud eſt, quod de malis opinatur. Hoc igitur non opinetur et omnia bene habent. Etiamſi, quod huic proximum eſt, corpuſculum ſecetur, uratur, ſuppuretur, putreſcat, ea tamen pars, quae de iſtis opinatur, quieſcat: id eſt, neque malum quid cenſeat, neque

 bonum,

ἔχοντος·] Pro οὐδὲ μὲν *Menag.* et *Gat.* malebant: οὐδὲ μήν. At temere, puto. Saltem apud Homerum ſaepiſſime praecedente οὐ ſequitur οὐδὲ μέν, v. c. Il. I, 154. — ἑτεροιώσει dedi cum *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*, pro quo *Gatak.* et reliquae temere ſine libror. auctoritate ἑτερώσει exhibent.

καὶν τὸ ἐγγυτάτω αὐτοῦ, τὸ σωμάτιον] *Caſ.* αὐτῷ edidit; temere. Pro σωμάτιον *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugd.* σωμάτων. At jam *Caſ.* ex conjectura edidit σωμάτιον, quem *Gatak.* et reliqui ſecuti ſunt. Confirmatur haec lectio auctoritate Cod. *Vat. A.* Caeterum haud longe abſum ab opinione *Mori*, τὸ σωμάτιον eſſe interpretamentum τοῦ ἐγγυτάτω αὐτοῦ. — *Woll.* perperam σωτάτιον.

τοιοῦτόν ἐστι, κρινέτω κ. τ. λ.] *Xylander* vertit quaſi legiſſet τουτέστι, quod *Gatak.* comprobavit. Defendi tamen poteſt vulgaris.

ὃ γὰρ

τε ἀγαθὸν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ συμβαίνειν. ὃ γὰρ καὶ τῷ κατὰ Φύσιν * βιοῦντι ἐπίσης συμβαίνει, οὔτε τοῦτο κατὰ Φύσιν ἐστὶν, οὔτε παρὰ Φύσιν.

μ΄. Ὡς ἓν ζῷον τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν· καὶ πῶς εἰς αἴσθησιν μίαν τὴν τούτου πάντα ἀναδίδοται. καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα πράσσει· καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων συναίτια· καὶ οἵά τις ἡ σύννησις καὶ συμμήρυσις.

μα΄. Ψυχάριον εἶ βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος ἔλεγεν.

μβ΄. Οὐδέν ἐστι κακὸν, τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομένοις· ὡς οὐδὲ ἀγαθὸν ἐκ μεταβολῆς ὑφισταμένοις.

μγ΄. Ποταμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ῥεῦμα βίαιον, ὁ αἰών. ἅμα τε γὰρ ὤφθη ἕκαστον, καὶ παρενήνεκται, καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται.

μδ΄. Πᾶν τὸ συμβαῖνον οὕτως σύνηθες καὶ γνώριμον, ὡς τὸ ῥόδον ἐν τῷ ἔαρι, καὶ ὀπώρα ἐν τῷ θέρει· τοιοῦτον γὰρ καὶ νόσος, καὶ θάνατος καὶ βλασφημία, καὶ ἐπιβουλὴ, καὶ ὅσα τοὺς μωροὺς εὐφραίνει ἢ λυπεῖ.

με΄. Τὰ

ὃ γὰρ καὶ τῷ κατὰ Φύσιν * βιοῦντι ἐπίσης συμβαίνει,] Alterum divisionis membrum καὶ τῷ παρὰ Φύσιν deesse, nemo non videt, quod vel cum *Cas.* post Φύσιν, vel cum *Gat.* post γὰρ inserendum est. Eadem fere verba: καὶ παρὰ Φύσιν, intercidisse in *Arrian.* Diss. Epict. I, 11, 10. monuit *Uptonus*, idemque de caussa talis omissionis pluribus expossuit ad eundem I, 18, 8. — Caeterum *Menag.* malebat ὃ γὰρ καὶ τῷ κατὰ Φύσιν καὶ τῷ μὴ βιοῦντι. At verisimilius est, verba τῷ παρὰ Φύσιν ob homoteleuton cum verbis τῷ κατὰ Φύσιν oculos librarii praeteriisse.

Ad Sect. 40. *(ap. Lugd.* 34. *Cas.* 25.)

καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα

bonum, quod viro malo bonoque pariter evenire poteſt. Quod enim aeque illi, qui ſecundum naturam, [ac illi, qui contra naturam] vivit, evenit, id ipſum neque ſecundum neque contra naturam eſt.

40. Unum animal eſſe mundum, idque una materia unaque anima praeditum, aſſidue cogita: item quomodo in unum hujusce ſenſum omnia distribuantur, omniaque ab eo uno impetu agantur; quomodo omnes res omnium rerum ex parte cauſſae ſint: qualis ſit rerum connexus et contextus.

41. Animula es cadaver geſtans; ajebat Epictetus.

42. Nihil mali eſt rebus mutationem ſubeuntibus; ſicut nec boni iis, qui per mutationem exiſtunt.

43. Flumen quoddam earum rerum, quae fiunt, et rapidus torrens eſt aevum: ſimulac enim quidquam comparuit, abreptum eſt etiam; et aliud abripitur, illud vero [denuo] inferetur.

44. Quidquid contingit, tam conſuetum tamque familiare eſt, quam aut roſa vere, aut aeſtate fructus. Eadem eſt ratio morbi et mortis et calumniae et inſidiarum omniumque eorum, quae ſtultis vel gaudium vel triſtitiam adferunt.

τὰ πράσσει] *Gatak.* operarum errore: μία pro μιᾷ.

καὶ οἷά τις ἡ σύννησις κ. τ. λ.] *Reisk.* malebat: καὶ μία τις ἡ σύνεσις.

Sect. 41. (*ap. Lugdun.* 35. *Caſ.* 26.)

Ad Sect. 42. (*ap. Lugd.* 36. *Caſ.* 27.)

οὐδέν ἐστι κακὸν τοῖς κ. τ. λ.] *Vat. A.* inverſo ordine: οἷς (pro quo legendum τοῖς: litterae enim initiales ſaepiſſime huic Codici deeſſe, obſervavi multis in locis) ἐν μεταβολῇ γινομένοις οὐδέν ἐστι κακὸν, ὡς οὐδὲ κ. τ. λ.

Sect. 43. (*ap. Lugd.* 37. *p. Caſ.* 28. *p.*)

Sect. 44. (*ap. Lugd.* 37. *p. Caſ.* 28. *p.*)

Ad

μέ. Τὰ ἑξῆς ἀεὶ τοῖς προηγησαμένοις οἰκείως ἐπιγίνεται· οὐ γὰρ οἷον καταρίθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχουσα· ἀλλὰ συνάφεια εὔλογος· καὶ ὥσπερ συντέτακται συνηρμοσμένως τὰ ὄντα, οὕτως τὰ γινόμενα οὐ διαδοχὴν ψιλὴν, ἀλλὰ θαυμαστήν τινα οἰκειότητα ἐμφαίνει.

μς'. Ἀεὶ τοῦ Ἡρακλειτείου μεμνῆσθαι· ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος ἀέρα γενέσθαι, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. μεμνῆσθαι δὲ καὶ τοῦ ἐπιλανθανομένου ᾗ ἡ ὁδὸς ἄγει· καὶ, ὅτι ᾧ μάλιστα διηνεκῶς ὁμιλοῦσι λόγῳ, τῷ τὰ ὅλα διοικοῦντι τούτῳ διαφέρονται· καὶ οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται· καὶ, ὅτι οὐ δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν, καὶ λέγειν· (καὶ γὰρ τότε δοκοῦμεν ποιεῖν καὶ λέγειν)· καὶ ὅτι οὐ δεῖ παῖδας τοκέων. ὧν τοῦτ' ἔστι, κατὰ ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμεν.

μζ'. Ὡς-

Ad Sect. 45. (*ap. Lugd.* 37. *p. Caſ.* 28. *p.*)

οὐ γὰρ οἷον καταρίθμησίς τις ἐστὶν ἀπηρτημένως] Quomodo hunc locum legerit *Xyl.*, non video; vertit enim: „*Non enim numerus tantum certus eſt eorum, a ſola neceſſitate dependens.*„ *Gat.* autem ἀπηρτημένων ſ. potius τῶν ἀπηρτημένων legiſſe videtur, quippe qui vertit: „*neque enim eſt quaſi enumeratio ſimplex rerum a ſe invicem discretarum, quae neceſſitate tamen quadam contineantur.*„ In eandem lectionem et ipſe olim incideram. Jam vero nihil mutem. De ſenſu cf. Commentarius ad h. l.

Ad Sect. 46. (*ap. Lugd.* 37. *p.* 38. *Caſ.* 29.)

καὶ οἷς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα κ. τ. λ.] *Vat. A.* corrupte pro ἐγκυροῦσι legit ἐγκυροῦσαν, et pro ταῦτα habet πάντα.

καὶ ὅτι οὐ δεῖ παῖδας τοκέων. ὧν τοῦτ' ἔστι, κατὰ ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμεν.] Locus hic pluribus

45. Quae ſubſequuntur, ea antecedentibus familiari quadam ratione adnectuntur. Neque enim eſt quaſi adnumeratio quaedam conjunctione [interna] carens, et ea tantum, quae [numerando] coguntur, comprehendens, ſed connexio rationi conſentanea: et quemadmodum ea, quae ſunt, certo inter ſe ordine ſunt coaptata, ſic ea, quae fiunt, non ſucceſſionem nudam, ſed admirabilem quandam familiaritatem prae ſe ferunt.

46. Memento ſemper illius Heraclitei: terrae mortem eſſe, aquam fieri; aquae mortem, aërem fieri; aëris, ignem [fieri], et vice verſa. Memento et illius, qui, quo via duceret, oblitus erat, et [homines], quacum maxime verſentur ratione, omnia adminiſtrante, ab ea maxime diſſentire; quibus quotidie occurrant, ea peregrina iis videri; neque agere nos oportere, neque loqui dormitantium inſtar, (nam et tum agere et loqui videmur,) neque puerorum inſtar, parentibus obnoxiorum, quorum hoc eſt: ſimpliciter; prout accepimus.

47. Quem-

ribus corruptus videbatur; hinc in eo reſtituendo maxime laborarunt VV. DD. *Menag.* ὧν tollendum putabat; idem *Caſaub.* placebat, qui praeterea et hanc conjecturam propoſuit: καὶ ὅτι οὐ δεῖ κατὰ παῖδας τοκέων, ὧν τοῦτ' ἔστι, ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμεν. *Salmaſ.*: καὶ ὅτι δεῖ παῖδας τοκέων μεμνῆσθαι, οὐ κατὰ ψιλὸν, τουτέστι, καθότι παρειλήφαμεν. *Gatak.*: ὅτι οὐ δεῖ ὥσπερ παῖδας (omiſſo τοκέων) [ſc. πράσσειν] τουτέστι, κατὰ ψιλὸν, καθότι τῶν τοκέων παρειλήφαμεν. *Boot.* pro παῖδας τοκέων malebat: Πυθαγορείους aut Πυθαγορείων. *Reiskius*: — παῖδας εἶναι τοκέων, τουτέστι, κρίνειν (aut πράττειν) κατὰ ψιλὸν. *Morus*: ὡς παῖδας (omiſſo τοκέων) ὧν τοῦτο ἔστι, κατὰ ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμεν, i. e. ψιλῶς, ἁπλῶς μιμεῖσθαι. *Reche*, cujus interpretatio mihi omnium maxime placet, ex prioribus ſubintelligit ὥςπερ ante παῖδας: hinc verba καὶ γὰρ — λέγειν parentheſi includenda putavi, ne ellipſis nimis dura vide-

μζ'. Ὡςπερ εἴ τις σοὶ θεῶν εἶπεν, ὅτι αὔριον τεθνήξῃ, ἢ πάντως γε εἰς τρίτην, οὐκ ἔτ' ἂν παρὰ μέγα ἐποίου, τὸ εἰς τρίτην μᾶλλον ἢ αὔριον, εἴ γε μὴ ἐσχάτως ἀγεννὴς εἶ. πόσον γάρ ἐστι τὸ μεταξύ; οὕτως καὶ τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον ἢ αὔριον, μηδὲν μέγα εἶναι νόμιζε.

μη'. Ἐννοεῖν συνεχῶς· πόσοι μὲν ἰατροὶ ἀπετεθνήκασι, πολλάκις τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τῶν ἀῤῥώστων συσπάσαντες· πόσοι δὲ μαθηματικοί, ἄλλων θανάτους, ὡς τι μέγα προειπόντες· πόσοι δὲ Φιλόσοφοι, περὶ θανάτου ἢ ἀθανασίας μυρία διατεινάμενοι· πόσοι δὲ ἀριστεῖς πολλοὺς ἀποκτείναντες· πόσοι δὲ τύραννοι, ἐξουσίᾳ ψυχῶν μετὰ δεινοῦ φρυάγματος, ὡς ἀθάνατοι κεχρημένοι· πόσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵν' οὕτως εἴπω, τεθνήκασιν, Ἑλίκη, καὶ Πομπήϊοι, καὶ Ἡράκλανον, καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. ἔπιθι δὲ καὶ ὅσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, ὁ μὲν τοῦτον κηδεύσας, εἶτα ἐξετάθη, ὁ δὲ ἐκεῖνον· πάντα δὲ ἐν βραχεῖ. τὸ γὰρ ὅλα κατιδεῖν ἀεὶ τὰ ἀνθρώπινα ὡς ἐφήμερα καὶ εὐτελῆ· καὶ ἐχθὲς μὲν μυξάριον, αὔριον δὲ τάριχος, ἢ τέφρα. τὸ ἀκαριαῖον οὖν τοῦτο τοῦ χρόνου κατὰ Φύσιν διελθεῖν, καὶ ἴλεων καταλῦσαι· ὡςανεὶ ἐλαία πέπειρος γενομένη ἔπιπτεν, εὐφημοῦσα τὴν ἐνεγκοῦσαν, καὶ χάριν εἰδυῖα τῷ φύσαντι δένδρῳ.

μθ'. Ὅμοιον

videretur; fateor tamen, me malle ὡς aut ὥςπερ textui inſerere. παῖδας τοκέων explicat de pueris, qui toti a parentibus pendent ideoque ab iis praecipue diliguntur (*Mutterſöhnchen*), quorum agendi ratio his formulis deſcribitur: κατὰ ψιλὸν, καθότι παρειλήφαμεν.

Ad Sect. 47. (*ap. Lugd.* 39. *p. Caſ.* 30. *p.*)

ἢ πάντως γε εἰς τρίτην] Omnes Edd. ἢ πάντως εἰς τρίτην. Particulam γε ex *Vat. A.* Anto-

47. Quemadmodum ſi quis Deorum tibi diceret, cras aut ſummum certe perendie moriturum te, non magni faceres, niſi animi eſſes abjectiſſimi, perendie potius, quam cras, [diem obire]: quantulum enim intereſſet? ſic quoque ad milleſimum potius annum, quam ad craſtinum [vivere], ne magni quidquam exiſtimes.

48. Crebro reputa, quot medici ſint mortui, qui ſaepe propter aegrotos ſupercilia contraxerint: quot mathematici, qui aliorum mortem, quaſi rem magnam, praedixerint: quot philoſophi, qui de morte et immortalitate alta voce mille ſententias defenderint: quot ſtrenui bellatores, qui multos interfecerint: quot tyranni, qui vitae necisque poteſtate magno cum faſtu uſi ſint tanquam immortales: quot urbes integrae, ut ita dicam, mortuae ſint: Helice et Pompeji et Herculanum, et aliae innumerabiles. Percurre vero et eos, quos ipſe noviſti, qui, alius poſt alium, poſtquam aliorum funera curaverant, et ipſi elati ſunt, atque haec omnia brevi tempore. Summa eſt, humana conſiderare ut per diem tantum durantia et viliſſima; heri mucum, cras ſalſuram aut favillam. Quidquid igitur tibi nunc eſt temporis, quod puncti inſtar obtinet, id naturae convenienter transigas oportet, et aequo animo hinc decedas: perinde ac oliva maturitatem adepta decidebat, genitricem collaudans, arborique, e qua prodiit, gratias habens.

49. Pro-

Antonino reſtituendam putavi, ut elegantior fieret oratio.

Ad Sect. 48. (*ap. Lugd.* 39. *p. Caſ.* 30. *p.*)

Ἡρακλαγον] *Xyl.* 1. operarum errore: Ἡηρακλαγον. *Vat. A.* corrupte: ἠρκλάνον. τὸ γὰρ ὅλα κατιδεῖν ἀεὶ τὰ κ. τ. λ.] Locus vix ſanus. Legendum videtur cum *Caſaub.* τὸ γὰρ ὅλον, κατιδεῖν κ. τ. λ., niſi quis cum *Reisk.* praeferat: πάντα δ' ἐν βραχεῖ συνελόντι, κατιδεῖν δεῖ τὰ ἀνθρώπινα κ. τ. λ.

Ad

μθ'. Ὅμοιον εἶναι τῇ ἄκρᾳ, ἢ διηνεκῶς τὰ κύματα προσρήσσεται· ἡ δὲ ἕστηκε, καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζεται τὰ ϕλεγμήναντα τοῦ ὕδατος. Ἀτυχὴς ἐγὼ, ὅτι τοῦτό μοι συνέβη. οὐμενοῦν· ἀλλ' εὐτυχὴς ἐγὼ ὅτι τούτου μοι συμβεβηκότος, ἄλυπος διατελῶ, οὔτε ὑπὸ τοῦ παρόντος θραυόμενος, οὔτε τὸ ἐπιὸν ϕοβούμενος. συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτο παντὶ ἐδύνατο· ἄλυπος δὲ οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διετέλεσεν. διὰ τί οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον ἀτύχημα, ἢ τοῦτο εὐτύχημα; λέγεις δὲ ὅλως ἀτύχημα ἀνθρώπου, ὃ οὐκ ἔστιν ἀπότευγμα τῆς Φύσεως τοῦ ἀνθρώπου; ἀπότευγμα δὲ τῆς Φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναί σοι δοκεῖ, ὃ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς Φύσεως αὐτοῦ ἐστι; τί οὖν; τὸ βούλημα μεμάθηκας· μήτι οὖν τὸ συμβεβηκὸς τοῦτο κωλύει σε δίκαιον εἶναι; μεγαλόψυχον; σώϕρονα; ἔμϕρονα; ἀπρόπτωτον; ἀδιάψευστον; αἰδήμονα; ἐλεύθερον; τ' ἄλλα, ὧν συμπαρόντων ἡ Φύσις ἡ τοῦ ἀνθρώ-

---

Ad Sect. 49. (*ap. Lugd.* 40. *Caſ.* 31.)

Fragmentum hujus Sectionis: Ἀτυχὴς ἐγὼ — ἀπέχει τὰ ἴδια, ſervatum eſt in *Vat.* 2. 3. 4. 5. 6., *Pariſ.* et *Guelf.*

οὔτε ὑπὸ τοῦ παρόντος θραυόμενος, οὔτε τὸ ἐπιὸν ϕοβούμενος] Ceterae Edd., excepta *De-Jol.*, οὔτε ὑπὸ παρόντος θραυόμ. οὔτε ἐπιὸν ϕοβούμ. omiſſo articulo, quem ex *Vat.* 2. 3. 5. 6. et *Guelf.* recepi. Idem, ſed tacite, fecerat *De Joly*. Caeterum *Vatic.* 2. οὔθ' ὑπὸ — legit.

συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτο παντὶ ἐδύνατο] *Vat.* 3. — γάρ τοι τοιοῦτον (quod et *Pariſ.*) — *Vat.* 5. — ἠδύνατο.

ἄλυπος δὲ οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διετέλεσεν] *Pariſ.* ἄλυπος δὲ πᾶς ἐπὶ τούτῳ οὐκ ἂν διετέλεσεν. haud male.

εἶναί σοι δοκεῖ] *Pariſ.* εἶναι δοκεῖ σοι.

τί οὖν; τὸ βούλημα μεμάθηκας·] Vulgo ſic legitur: τί οὖν τὸ βούλημα μεμάθηκας; — Eam vero, quam recepi, diſtinctionem commendavit *Uptonus* ad *Arriani* Diſſ. Epict. I, 17, 13. — *Gatak.* malebat ita: τί οὖν τὸ βούλημα; μεμάθηκας. haud male.

μήτι οὖν τὸ συμβ. τοῦτο κωλύει σε] Ita et *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.*, *Oxon.* et *De*

49. Promontorii par esto, ad quod quum fluctus jugiter adlidantur, tamen ipsum consistit aquarumque circum se aestum compescit. „O! me infelicem, cui hoc acciderit!„ Minime vero, sed o! me felicem, qui, quamquam hoc acciderit, nihil tamen doleam, quippe nec praesentibus fractus, nec futura reformidans; res enim ejusmodi nemini non accidere poterat: at non quivis sine moerore eam tulisset. Quare igitur illud potius calamitas, quam hoc felicitas? An omnino hoc hominis calamitatem vocas, in quo non frustratur natura humana? Num vero frustrari naturam humanam opinaris eo, quod non contra naturae suae voluntatem fiat? Quid igitur? Voluntatem ejus didicisti. Numquid igitur hoc, quod accidit, te impedire potest, quo minus justus sis? magnanimus? temperans? prudens? ab adsentiendi temeritate alienus? erroris immunis? verecundus?

De Jol. dederunt, consentientibus Codd., exceptis *Vat.* 4., qui κωλύσει σε habet, et *Guelf.*, in quo κωλύσειε est, quod *Gat.* et reliquae receperunt.

ἀπρόπτωτον;] Deest in *Vat.* 2. 3. 4. 6., *Paris.* et *Guelf.* Agnoscit autem *Vat. A.* et 5. — *De Joly* e textu exilire jussit. Vereor, ne temere.

ἀδιάψευστον] *Vat.* 2. 3. 4. 6., *Paris.* et *Guelf.* ἀψευδῆ (nisi quod in nonnullis in ἀψεδῆ depravatum est), quod *De Joly* recepit. Nolui tamen vulgarem damnare, quamquam illa aptior videbatur, quum et *talia* in Sapiente postularent Stoici, qualia vix in humanam cadunt naturam. Confirmatur praeterea auctoritate *Vat. A.* et 5.

ἐλεύθερον;] *Vat.* 2. 4. 6. et *Paris.* ἐλευθέριον, quod *de Joly* in textum recepit. Nec tamen vulgaris spernenda.

ὧν συμπαρόντων ἡ φύσις ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀπέχει τὰ ἴδια] Edd. omnes, *De Jol.* excepta, dederunt: ἃ συμπαρόντων, quod tamen et *Gat.* et *Cas.*, et quis non? malebat in ὧν συμπαρόντων mutari. *Vat.* 2. 3. 4. 6., *Paris.* et *Guelf.* legunt ὧν παρόντων, quod *de Joly* recepit. *Hoeschel.*, teste *Cas.*, ὧν συνόντων, et in margine ὧν παρόντων. — Iidem Codd. articulum ἡ ante τοῦ ἀνθρώπου omit-

θρώπου ἀπέχει τὰ ἴδια; μέμνησο λοιπὸν ἐπὶ παντὸς τοῦ εἰς λύπην σε προαγομένου, τούτῳ χρῆσθαι τῷ δόγματι, οὐχ, ὅτι τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναίως, εὐτύχημα.

ν'. Ἰδιωτικὸν μέν, ὅμως δὲ ἀνυστικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρόνησιν, ἡ ἀναπόλησις τῶν γλίσχρως ἐνδιατριψάντων τῷ ζῆν. τί οὖν αὐτοῖς πλέον, ἢ τοῖς ἀώροις; πάντως ποῦ ποτε κεῖνται, Καδικιανὸς, Φάβιος, Ἰουλιανὸς, Λέπιδος, ἢ εἴ τις τοιοῦτος, οἳ πολλοὺς ἐξήνεγκαν, εἶτα ἐξηνέχθησαν· ὅλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τοῦτο δι' ὅσων, καὶ μεθ' οἵων ἐξαντλούμενον, καὶ ἐν οἵῳ σωματίῳ; μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα. βλέπε γὰρ ὀπίσω τὸ ἀχανὲς τοῦ αἰῶνος, καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἄπειρον. ἐν δὴ τούτῳ, τί διαφέρει ὁ τριήμερος τοῦ τριγερηνίου;

να'. Ἐπὶ

omittunt. — Pro ἀπέχει *Vatic. A.* habet ἐπέχει, quod *de Joly* temere in textum recepit. Eodem enim sensu, quo h. l. *Antonin.* infra XI, 1. ἀπέχω τὰ ἐμαυτοῦ. Cf. et *Arrian.* Diss. Epict. III, 2, 13.

τῷ δόγματι, οὐχ, ὅτι τοῦτο κ. τ. λ.] Defendi quidem potest haec lectio recepta; praestat tamen ex meo sensu, conjectura *Gatak.* τῷ δόγματι· ὅτι οὐχὶ τοῦτο κ. τ. λ. — Paullo ante operarum vitio in *Xyl.* 1., *Argent.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.* legitur προαγουμένου pro προαγομένου. — Pro τῷ δόγματι *Vat. A.* corrupte: τῷ πράγματι.

Ad Sect. 50. (*ap. Lugd.* 41. *p. Cas.* 32.)

ὅμως δὲ ἀνυστικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρ.] Primus dedi ἀνυστικόν,

dus? liber? ceterisque virtutibus ornatus, quae quando adsunt, natura hominis habet sibi propria? Memento dehinc, quoties incidit aliquid, quod ad tristitiam te impellit, hoc uti decreto: non, hoc esse calamitatem, sed fortiter ferre felicitatem esse.

50. Plebejum quidem est, efficax tamen ad mortem contemnendam adjumentum, memoria recolere eos, qui vitae pertinaciter inhaeserunt. Quid igitur amplius illis, quam immature defunctis? Omnino alicubi tandem jacent, Cadicianus, Fabius, Julianus, Lepidus, et si quis alius ejus generis, qui postquam multos extulerant, deinde [et ipsi] elati sunt. Totum illud spatium est exiguum, idque per quas [molestias] et cum quibus [hominibus] et quali in corpusculo exantlatum: Ne igitur pro re magni momenti [habeto]. Considera enim praeteriti aevi immensitatem, futuri itidem aliam infinitatem; in hac vero quid differt, qui triduum vixit, ab ea, qui per tria hominum saecula?

51. Com-

κὸν, (ceterae enim ἀνυτικόν) secutus vestigia *Vat. A.*, qui ἀνυστιτικόν habet. — Idem vero perperam mox pro πρὸς exhibet ὅρος.

Καδικιανός] Quum hujus nominis nec inter longaevos nec omnino aliquis occurrit apud Scriptores veteres, *Gat.* malebat Καικιλιανὸς aut Καττιδιανός. *Menag.* vero et *Reisk.* Καιδικιανός.

ὅλου μικρόν ἐστι τὸ διάστ.] *Lugd.* et *Cas.*: ὅλον μικκόν ἐστι κ. τ. λ.

μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα] *Reiskius* malebat: μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα μακάριον ἀποβάλλων τὸν βίον λυποῦ aut ἀνιῶ, *ne igitur indoleas vitae jacturae, ut rei optabilis.*

Ad

νά'. Ἐπὶ τὴν σύντομον ἀεὶ τρέχε. σύντομος δὲ ἡ κατὰ Φύσιν· ὥστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον πᾶν λέγειν καὶ πράσσειν. ἀπαλλάσσει γὰρ ἡ τοιαύτη πρόθεσις πόπων, καὶ στρατείας, καὶ πάσης οἰκονομίας, καὶ κομψείας.

Ad Sect. 51. *(ap. Lugd.* 41. *p. Caſ.* 33.)

ἀεὶ τρέχε.] *Vat. A.* corrupte: — τρέχει.

ὥστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον] *Xyl.* 1. et *Lugd.* operarum errore: ὑγιαίστατον.

καὶ στρατείας] Copulativam, quae in *Gat.* et reliquis deeſt, ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui. Caete-

51. Compendioſam ſemper viam ingredere: compendiaria autem eſt ea, quae ſecundum naturam eſt: ut et recta cum ratione omnia dicere ac facere ſtudeas. Tale enim propoſitum te moleſtiis liberabit et militia, et omni ſimulatione ac diſſimulatione et nimio elegantiae ſtudio.

Caeterum vix dubito, quin στρατείας corruptum ſit: quod quum jam *Caſ.* ſuſpectum eſſet, reponendum putabat aut ἀστάθειας aut τερθρείας. — Magis autem placet *Reisk.* et *Corai*, V. D., emendatio τερατείας. Et profecto facile fieri potuit, ut CTPATEIAC et TEPATEIAC permutarentur a librariis ſaepiſſime oſcitantibus.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Τῶν εἰς ἑαυτόν
ΒΙΒΛΙΟΝ ε'.

α'. Ὄρθρου ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι· ἔτι οὖν δυσκολαίνω, εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἕνεκεν γέγονα, καὶ ὧν χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τοῦτο κατεσκεύασμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἐμαυτὸν θάλπω; ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. πρὸς τὸ ἥδεσθαι οὖν γέγονας; ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν; οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ στρουθάρια, τοὺς μύρμηκας, τοὺς ἀράχνας, τὰς μελίσσας, τὸ ἴδιον ποιούσας τὸ καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; ἔπειτα σὺ οὐ

Ad Librum V.

Ad Sect. 1. *(ap. Lugdun.* 1. *Caſ.* 1.)

ἔτι οὖν δυσκολαίνω κ. τ. λ.] *Menag.* malebat τί οὖν — haud male; nec tamen vulgare ſpernendum. *Upton.* ad *Arrian.* Diſſ. Epict. I, 10, 7. emendabat: τί οὖν; δυσκολαίνω κ. τ. λ.

ἐμαυτὸν θάλπω;] Reſtitui ἐμαυτὸν, in quod et *Vatic. A.* conſentit, ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*, pro quo *Gat.* et reliquae ἑαυτὸν dederunt, quod, quamquam per ſe ferri poteſt, tamen Codd. auctoritate deſtituitur.

ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν;] Verba πρὸς ποιεῖν ἢ operarum errore ab Ed. *Mori* abſunt. Caeterum *Uptonus* ad *Arriani* l. l. malebat: ὅλως δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν; οὐ πρὸς ἐνέργειαν; qua tamen conjectura, etſi ingenioſa, non opus eſſe videtur.

τοὺς ἀράχνας] Dedi τοὺς cum *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugdun.*, *Caſ.* et *Oxon.* *Gatak.* vero et poſteriores omnes τὰς ἀράχνας exhibent. Verum Graeci et

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
COMMENTARIORUM, QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,
LIBER QUINTUS.

1. Mane, quum gravatim exſurgis, in promtu ſit: ad opus humanum expergiſcor: numne igitur adhuc aegre feram, me proficiſci ad agenda ea, quorum cauſſa natus ſum, quorum gratia in hunc mundum veni? aut numquid ea natus ſum lege, ut decumbens in ſtragulis me ipſe foveam? — At hoc magis delectat. — Ergone ad delectationem natus es, nec omnino ad agendum operandumve? videsne arbuſculos, paſſerculos, formicas, araneas apesque ſuo fungentes munere, quantum in ipſis eſt, mundum exornare?

et ὁ ἀράχνης et ἡ ἀράχνη promiſcue dixerunt.

τὰς μελίσσας, τὸ ἴδιον ποιούσας τὸ καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμον; ἔπειτα σὺ οὐ θέλεις κ. τ. λ.] Omnes Edd. ſuperiores: τὰς μελίσσας τὸν καθ' αὑτὰς συγκοσμούσας κόσμου; σὺ οὐ θέλεις κ. τ. λ. Perſpecte tamen jam *Gataker.* viderat, ſaltem σὺ δ' οὐ θέλεις κ. τ. λ. legendum eſſe. Nec tamen et hoc admiſſo perſanatus erat locus. Quid enim eſt ὁ καθ' αὑτὰς κόσμος? — Peropportuna igitur mihi contigit h. l. lectio *Vat. A.*, quam haud cunctanter amplexus ſum, ita tamen, ut συγκοσμούσας retinerem, quod in *Vat. A.* in συγκροτούσας depravatum erat. — ἔπειτα h. l. adhiberi videtur in interrogatione ad vehementiam quandam aut indignationem exprimendam; de quo hujus vocis uſu conſulant tirones *Viger.* de Idiot. L. Gr. Cap. VII, S. 5. 7. n. *Zeunii*, et *Hoogeveen* de Partic. Gr. XVI, II, 15. p. 279. Ed. Cl. *Schützii*. *Upton.* ad *Arrian.* l. l. legendum putabat: καὶ σὺ οὐ θέλεις.

οὐ θέλεις τὰ ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν σὴν Φύσιν; ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι· δεῖ. ἔδωκε μέν τοι καὶ τούτου μέτρα ἡ Φύσις. ἔδωκε μέν τοι καὶ τοῦ ἐσθίειν, καὶ πίνειν· καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκοῦντα προχωρεῖς. ἐν ταῖς πράξεσι δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἐντὸς τοῦ δυνατοῦ. οὐ γὰρ φιλεῖς σεαυτόν. ἐπεί τοι καὶ τὴν Φύσιν ἂν σου, καὶ τὸ βούλημα ταύτης ἐφίλεις· ἄλλοι τε τὰς τέχνας ἑαυτῶν φιλοῦντες, συγκατατήκονται τοῖς κατ' αὐτὰς ἔργοις, ἄλουτοι καὶ ἄσιτοι. σὺ τὴν Φύσιν τὴν σαυτοῦ ἔλασσον τιμᾷς, ἢ ὁ τορνευτὴς τὴν τορνευτικὴν, ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικὴν, ἢ ὁ φιλάργυρος τὸ ἀργύριον, ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. καὶ οὗτοι, ὅταν προσπαθῶσιν, οὔτε φαγεῖν, οὔτε κοιμηθῆναι θέλουσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα συναύξειν πρὸς ἃ διαφέρονται· σοὶ δὲ αἱ κοινωνικαὶ πράξεις εὐτελέστεραι φαίνονται, καὶ ἧσσονος σπουδῆς ἄξιαι;

β'. Ὡς

οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν σὴν Φύσιν;] Articulum τὴν ignorat *Gat.* cum posterioribus omnibus. Recte vero me admonuit Doctiss. *Corai* de restituendo articulo, quem *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.* dederunt.

δεῖ. ἔδωκε μέν τοι καὶ τούτου μέτρα ἡ Φύσις· ἔδωκε μέν τοι καὶ τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν κ. τ. λ.] Pro δεῖ *Vat. A.* habet: φημὶ κἀγώ· eodem sensu. Priori loco μέν τοι ex *Vat. A.* addidi, quod superiores Edd. ignorant. Idem vero μέν τοι in loco posteriori cum δὲ mutatum velim.

καὶ ὅμως σὺ, ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρκοῦντα προχωρεῖς· ἐν ταῖς πράξεσι κ. τ. λ.] *Vatic. A.* hunc locum sic legit: καὶ ὅμως — ἀρκοῦντα οὐ προχωρεῖς οὐδὲ ταῖς πράξεσι οὐκ ἔτι κ. τ. λ. Corrupte: nescio tamen, an liceat hujus Cod. vestigia sequi et ita h. l. reponere: καὶ ὅμως σὺ ὑπὲρ — ἀρκοῦντα οὐ προχωρεῖς;

Itane tu, quae hominis ſunt, facere recuſas? neque properas ad id, quod naturae tuae convenit? — At quiete quoque opus eſt. — Eſt; veruntamen et hujus modum natura praeſcripſit: praeſcripſit vero et edendi bibendique [modum]: tu tamen ultra modum, ultra ea, quae ſufficiunt, procedis; in agendo autem non amplius [procedis], immo intra id, quod fieri poteſt, conſiſtis: etenim temet ipſe non diligis: alioquin et naturam tuam et voluntatem ejus diligeres. Alii quidem, qui artes ſuas diligunt, earum operibus intabeſcunt, ut neque balneis neque cibo utantur: tu naturam tuam non tanti facis, quanti aut tornator aut hiſtrio ſuam artem, quanti avarus argentum et ambitioſus gloriolam: et iſti enim, ubi his addicti ſunt, nec cibum, nec ſomnum capere magis expetunt, quam ea, quae illis curae ſunt, augere et amplificare. Num autem tibi actiones ad ſocietatem humanam ſpectantes viliores videntur minorique ſtudio dignae?

ρεῖς; ἐν δὲ ταῖς πράξεσιν; οὐκ ἔτι [ſc. προχωρεῖς ὑπὲρ τὰ ἀρκοῦντα] ἀλλ' ἐντὸς δυνατοῦ [ſc. εἶ].

ἢ ὁ τορνευτὴς τὴν τορνευτικήν, ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικὴν] *Vat. A.* ἢ ὁ τορευτὴς τὴν τορευτικὴν — haud male. Mox vero ὁ perperam abeſt et vitioſe ſcriptum ὀρχιστὴς *(ſic)*.

ὅταν προσπαθῶσιν,] *Xyl.* 1. operarum errore προσπατῶσι, quod etiam in *Lugd.* transiit. *Arg.* ceteraeque recte προσπαθῶσιν.

πρὸς ἃ διαφέρονται·] Sic primus edidi, veſtigia Cod. *Vatic. A.* ſecutus. Hic ſcilicet ita h. l. exhibet: πρὸς διαφέρονται. Lectio vulg. eſt: πρὸς ἃ φέρονται. Quod quamvis per ſe ferri poſſit, tamen illud praeferendum puto. Amat enim *Antoninus* noſter formulam: διαφέρεσθαι πρός τι. cf. IX, 27. 40. XI, 10.

εὐτελέστεραι φαίνονται,] Sic omnes Edd. recte, praeter *Glasg.*, *Woll.*, *Mori* et *de Jol.*, in quibus τελέστεροι legitur.

Sectio

β'. Ὡς εὔκολον, ἀπώσασθαι καὶ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν φαντασίαν τὴν ὀχληρὰν ἢ ἀνοίκειον, καὶ εὐθὺς ἐν πάσῃ γαλήνῃ εἶναι.

γ'. Ἄξιον ἑαυτὸν κρίνει παντὸς λόγου καὶ ἔργου τοῦ κατὰ Φύσιν· καὶ μή σε παρειπάτω ἡ ἐπακολουθοῦσά τινων μέμψις ἢ λόγος. ἀλλὰ εἰ καλὸν πεπρᾶχθαι, ἢ εἰρῆσθαι, μὴ σεαυτὸν ἀπαξίου. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ἴδιον ἡγεμονικὸν ἔχουσι, καὶ ἰδίᾳ ὁρμῇ χρῶνται· ἃ σὺ μὴ περιβλέπου, ἀλλ' εὐθεῖαν πέραινε, ἀκολουθῶν τῇ Φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ. μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων ἡ ὁδός.

δ'. Πορεύομαι διὰ τῶν κατὰ Φύσιν, μέχρι πεσὼν ἀναπαύσομαι, ἐναποπνεύσας μὲν τούτῳ, ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν ἀναπνέω, πεσὼν δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐξ οὗ καὶ τὸ σπερμάτιον ὁ πατήρ μου συνέλεξε, καὶ τὸ αἱμάτιον ἡ μήτηρ, καὶ τὸ γαλάκτιον ἡ τροφός· ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν τοσούτοις ἔτεσι βόσκομαι, καὶ ἀρδεύομαι, ὃ φέρει με πατοῦντα, καὶ εἰς τοσαῦτα ἀποχρώμενον ἑαυτῷ.

ε'. Δριμύτητά σου οὐκ ἔχουσι θαυμάσαι. ἔστω· ἀλλὰ ἕτερα πολλὰ, ἐφ' ὧν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, οὐ γὰρ πέφυκα. ἐκεῖνα οὖν παρέχου, ἅπερ ὅλα ἐστὶν ἐπὶ σοὶ, τὸ ἀκίβδηλον, τὸ

Sectio 2. *(ap. Lugdun.* 2. *Caſ.* 2. *p.)*

Ad Sect. 3. *(ap. Lugd.* 3. *p. Caſ.* 2. *p.)*

ἡ ἐπακολουθοῦσά τινων μέμψις ἢ λόγος.] *Vatic. A.* vitioſe: ἐπακολουθήσει *(ſic)*. Caeterum pro λόγος cum *Jun.* et *Gatak.* malim ψόγος, *vituperatio.*

ἀλλὰ εἰ καλὸν πεπρᾶχθαι κ. τ. λ.] εἰ καλὸν dedi cum *Xyl.* 1., *Lugdun.*, *Caſ.*, *Oxon.* et *de Jol.* ἐκαλόν primum perperam expreſſum erat in *Baſ.*, hinc in *Argent.*, *Gatak.* et reliquas transiit.

μὴ σεαυτὸν ἀπαξίου] *Arg.* operarum errore: ἀπαξείου.

ἀκολουθῶν τῇ Φύσει] *Arg.* vitioſe: θύσει.

Ad

2. Quam facile eſt, viſum quodcunque vel turbulentum vel inconveniens amoliri et abstergere, ſtatimque in ſumma tranquillitate eſſe!

3. Omni ſermone atque actione naturae conveniente dignum te judica: neque te ſeducat, quae ſequitur, quorumlibet hominum reprehenſio aut ſermo; ſed ſi quid dictu factuve pulchrum eſt, eo ne te indignum exiſtimes: illi enim mentem propriam habent et proprio ducuntur impetu. Haec tu noli adtendere, ſed recta perge naturae et propriae et communi obſecutus: eadem autem eſt harum utriusque via.

4. Per ea, quae naturae ſunt conſentanea, proficiſcor, donec occumbens tandem conquieſcam, eo exſpiraturus, unde quotidie ſpiritum haurio, eoque caſurus, unde et ſemen pater meus et ſanguinem mater et lac nutrix collegit; unde quotidianum per tot annos cibum potumque accepi, quod calcantem et ad tam varios uſus eo abutentem me ſuſtinuit.

5. Acre ingenium tuum non eſt, quod admirentur. Sit ita. Verum multa ſunt alia, ad quae te natura aptum eſſe negare non potes. Haec igitur praeſta, quae omnino

Ad Sect. 4. *(ap. Lugd.* 3. *p. Caſ.* 2. *p.)*

πορεύομαι διὰ τῶν κατὰ φύσιν] Sic dedi cum *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*, conſentiente *Vat. A.* — *Gat.* et reliquae vero legunt — διὰ τὴν κατὰ φύσιν, quod quum ferri nequeat, Doctiſſ. *Coray* ad h. l. adnotaverat aut — διὰ τῆς κ. φ. — aut πορεύομαι δὲ τὴν κατὰ φύσιν — eſſe legendum.

καὶ τὸ αἱμάτιον ἢ μήτηρ] Haec verba ab Editione *Mori* operarum errore abſunt.

Ad Sect. 5. *(ap. Lugd.* 4. 5. *Caſ.* 3.)

ἅπερ ὅλα ἐστὶν ἐπὶ σοὶ] ἐπὶ σοὶ cum *Vat. A.* dedi pro vulg. ἔν σοι, quod *De Joly* retinuit, quamquam illud verum eſt. Sic enim ſemper Stoici, quod in vulgus notum eſt.

τὸ

τὸ σεμνὸν, τὸ φερέπονον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἀμεμψίμοιρον, τὸ ὀλιγοδεὲς, τὸ εὐμενὲς, τὸ ἐλεύθερον, τὸ ἀπέρισσον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλεῖον. οὐκ αἰσθάνει, πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενος, ἐφ' ὧν οὐδεμία ἀφυΐας καὶ ἀνεπιτηδειότητος πρόφασις, ὅμως ἔτι κάτω μένεις ἑκών; ἢ καὶ γογγύζειν, καὶ γλισχρεύεσθαι, καὶ κολακεύειν, καὶ τὸ σωμάτιον καταιτιᾶσθαι, καὶ ἀρεσκεύεσθαι, καὶ περπερεύεσθαι, καὶ τοσαῦτα ῥιπτάζεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφυῶς κατασκευάσθαι, ἀναγκάζῃ; οὐ, μὰ τοὺς θεούς· ἀλλὰ τούτων μὲν πάλαι ἀπηλλάχθαι ἐδύνασο. μόνον δὲ, εἰ ἄρα ὡς βραδύτερος, καὶ δυσπαρακολουθητότερος καταγινώσκεσθαι, καὶ τοῦτο δὲ ἀσκητέον, μὴ παρενθυμουμένῳ, μηδὲ ἐμφιλήδονοῦντι τῇ νωθείᾳ.

ς'. Ὁ μέν τις ἐστὶν, ὅταν τι δεξιὸν περί τινα πράξῃ, πρόχειρος καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν

τὸ ἀμεμψίμοιρον] *Xyl.* 1., *Arg.* aliaeque corrupte: τὸ ἀμεμψήμοιρον.

οὐκ αἰσθάνει] Malim cum *Menag.* et *Gat.* — αἰσθάνῃ. Neque tamen Atticorum forma omnino ab Antonini more abhorret, ut in ὄψει pro ὄψῃ aliisque.

ἢ καὶ γογγύζειν] Sic Edd. omnes, praeter *Gat.-Stanh.*, in qua ἢ δὲ expreſſum eſt. *Reisk.* malebat: τί δέ; γογγύζειν κ. τ. λ., qua tamen emendatione minime opus eſt.

καὶ τὸ σωμάτιον καταιτιᾶσθαι] *Reche* malebat: καταιδεῖσθαι. — *Morus*, qui vulg. retinebat, putabat, haec verba poſt illa, quae poſtea ſequuntur, ῥιπτάζεσθαι τῇ ψυχῇ, eſſe collocanda.

καὶ ἀρεσκεύεσθαι, καὶ περπερεύεσθαι] καὶ ἀρεσκεύεσθαι dedi cum *Gat.* et poſterioribus Edd. omnibus. Firmatur auctoritate *Vatic. A.*, in quo paullulum corrupte ſcriptum video ἀρενοσκευεσθαι. *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* ἀρέσκεσθαι exhibent: haud male. — Pro περπερεύεσθαι *Lugd.* corrupte: περιπορεύεσθαι.

μόνον δὲ, εἰ ἄρα - - - ἀσκητέον] Vulgarem h. l. reti-

in poteſtate tua ſita ſunt, animum ſincerum, gravem, laborum tolerantem, voluptatibus abstinentem, ſorte contentum, pauca deſiderantem, benevolum, liberum, a luxu et nugis alienum atque ſublimem. Nonne ſentis, quam multa ſint, ad quae quin habilis et aptus ſis, nihil eſt, quod cauſeris, et tamen infra [haec] ſponte perſiſtis? Num et murmurare et tenacem eſſe et adulari et corpuſculum incuſare et adſentari, et oſtentare te et tantopere jactari animo per naturalem ingenii hebetudinem cogeris? Nequaquam mehercule, ſed his omnibus jam pridem liberari poteras. Hoc vero ſolum [obſerves], ut, ſi nimirum propter ingenii tarditatem et hebetudinem notari poteras, et hoc nomine te exerceas, atque tarditatem illam nec omnino negligas, nec tibi in ea placeas.

6. Eſt, qui ſimulac gratum alicui fecerit, illi beneficium ſtatim imputet. Eſt, qui, etiamſi non ſtatim imputet,

retinui, quae monente Clar. *Coray* bene defendi poteſt. Repetendum ſcilicet poſt εἰ ἄρα ex ſuperioribus: ἐδύνασο. — *Gatak.* malebat: καταγινώσκεσθαι μέλλῃς, aut: καταγινώσκῃ. *Caſ.* μόνον δὲ εἰ ἄρῃς ὡς βραδύτερος, *ſi ſustineas* etc. *Reisk.* ad h. l. ita: „μόνον δὲ non placet: poſt εἰ ἄρα videtur ἔμελλες ſubaudiri debere.„ — Caeterum *Arg.* vitioſe: βραδίτερος.

μηδὲ ἐμφιληδονοῦντι τῇ νωθείᾳ.] *Xyl.* 1., *Lugd.*, *Caſ.* [ipſe tamen Editor in Notis obſervavit, corrigendum eſſe] et *Oxon.* ἐμφιληδοῦντι. *Arg.* vero ceteraeque recte: ἐμφιληδονοῦντι. — Pro νωθείᾳ, quod omnes Edd. habent, non dubitavi, veriſſimam *Gatak.* conjecturam νωθείᾳ in textum adoptare. *Adnot. Lugd.* malebat νωθρείᾳ ſenſu eodem.

Ad Sect. 6. (ap. Lugd. 6. 7. Caſ. 4.)

28. Num ſuccenſes ei, qui hircum olet? num ei, qui halitum gravem ex ore emittit? Ejusmodi os huic, illi alae ſunt, ut fieri nequeat, quin talis odor inde oriatur. At homini ratio eſt, inquis, et hic, ſi animum advertit, intelligere poteſt, quid delinquat. Bene tibi ſit: quod quum ita ſe habeat, et tu ratione praeditus es: rationali igitur animi adfectione rationalem [in illo] adfectum excita: doceto, commonefacito; ſi enim te audiverit, eum ſanabis, nec ira opus erit. Neque tragoedus, neque ſcortum.

 29. Quo

ὀργίζῃ;] *Caſ.*, quem ſequitur *Oxon.*, edidit: τῷ γράσωνι μήτε ὀργίζου, μήτε τῷ ὀζοστόμῳ ὀργίζου, ſed ſine librorum auctoritate. *Suidas* ſ. v. γράσων — habet: τῷ γράσωνι μὴ ὀργίζου. — Caeterum *Xylander* pro γράσωνι in *Cod. Palat.* aut ejus Apographo legiſſe videtur: τῷ θράσωνι. Monet enim in Notis utrique Editioni additis, γράσωνι, non θράσωνι, legendum eſſe. *Vatic. A.* γράσωνι habet.

καὶ σὺ λόγον ἔχεις] *Vat. A.* corrupte: καὶ σύλλογον (ſic) ἔχει.

καὶ οὐ χρεία ὀργῆς] *Vatic. A.* — χρείαν.

οὔτε τραγῳδὸς οὔτε πόρνη.] Haec verba, ſiquidem non corrupta ſunt, a prioribus ſunt ſeparanda, quippe quae ſingularem conſtituunt

κθ'. Ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ, οὕτως ἐνταῦθα ζῆν ἔξεστιν. ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπωσι, τότε καὶ τοῦ ζῆν ἔξιθι· οὕτως μέν τοι, ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων. καπνὸς, καὶ ἀπέρχομαι. τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; μέχρι δέ με τοιοῦτον οὐδὲν ἐξάγει, μένω ἐλεύθερος, καὶ οὐδείς με κωλύσει ποιεῖν, ἃ θέλω· θέλω δὲ κατὰ Φύσιν τοῦ λογικοῦ, καὶ κοινωνικοῦ ζώου.

λ'. Ὁ τοῦ ὅλου νοῦς κοινωνικός. πεποίηκε γοῦν τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλήλοις συνήρμοσεν. ὁρᾷς, πῶς ὑπέταξε, συνέταξε, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπένειμεν ἑκάστοις, καὶ τὰ κρατιστεύοντα εἰς ὁμόνοιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

λα'. Πῶς προσενήνεξαι μέχρι νῦν θεοῖς, γονεῦσιν, ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῦσι, φίλοις, οἰκείοις, οἰκέταις· εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν ἐστι τὸ μήτε τινὰ ῥέξαι ἐξαίσιον, μήτε εἰπεῖν. ἀναμιμνήσκου δὲ, καὶ δι' οἵων διελήλυθας, καὶ οἷα ἤνεσας ὑπομεῖναι. καὶ ὅτι πλήρης ἤδη σοι ἱστορία τοῦ βίου καὶ τελεία ἡ λειτουργία· καὶ

stituunt ſententiam: cf. Commentar. ad h. l. — *Morus*, qui cum antecedentibus ea cohaerere ſibi perſuaſerat, conjiciebat: οὔτε τραγῳδίας οὔτε κομπῆς. Ingenioſiſſime profecto. — *Reche*: οὔτε τραγῳδεῖ οὔτε πνοῇ. —

Ad Sect. 29. (ap. Lugd. 29. p. Caſ. 21. p.)

ὡς ἐξελθὼν ζῆν διανοῇ, οὕτως κ. τ. λ.] *Menag.* ad h. l.: „Eſt, qui deleat ὡς et legat διανοεῖ.„ — quod ab h. l. alieniſſimum eſt.

καπνὸς, καὶ ἀπέρχομαι] Sic auctoritate *Vat. A.* edere non dubitavi pro vulg. καὶ καπνός ἐστι, ἀπέρχομαι, quod quum ferri non poſſet, varie h. l. tentarunt Viri Docti. *Morus* καὶ delendum putavit, *Gatak.* εἰ καπνὸς emendavit. *Menag.* καὶ γὰρ καπνός ἐστι, ἀπέρχ. — *Upton.* ad *Arrian.* Diſſ. Epict. I, 25, 18.: Ἀλλὰ καὶ καπνός ἐστι· Ἀπέρχομαι.

29. Quo modo vivere cogitas vita exceſſurus, eo jam nunc vivere licet; ſin id non permiſerint, vita exeas licet, ita tamen, ut qui nihil mali paſſus eſt: fumus eſt; abeo: cur hoc grave putas? Interim vero, dum nihil ejus generis me cogit, ut [e vita] me educam, liber maneo et nemo me prohibebit, quo minus faciam, quae velim: volo autem ea, quae animantis ratione praediti et ad ſocietatem nati naturae ſunt conſentanea.

30. Univerſi mens communionis atque ſocietatis amans eſt: hinc deteriora praeſtantiorum cauſſa fecit et praeſtantiorum alterum alteri conciliavit; vides, quo modo ſubjecerit, coordinaverit, ſingulis pro ſua dignitate tribuerit et praeſtantiſſima quaeque mutuo invicem conſenſu devinxerit.

31. Quomodo erga Deos, parentes, fratres, uxorem, liberos, praeceptores, educatores, amicos, familiares, famulos hactenus adfectus fuiſti? Num hactenus erga horum aliquem, quod injuſtum ſit, nihil vel facto vel dicto admiſeris? Recole quoque, quae transegeris et quibus perferendis ſuffeceris: conſummatam tibi jam eſſe vitae con-

χομαι. τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; —

Sectio 30. (*ap. Lugdun.* 30. *Caſ.* 22.)

Ad Sect. 31. (*ap. Lugd.* 31. 32. *Caſ.* 23.)

εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι κ. τ. λ.] *Menag.* malebat: εἰ καὶ πρὸς πάντας κ. τ. λ. n. neceſſ.

εἰ πρὸς πάντας κ. τ. λ.] Hic locus forte ſic ſcribendus: εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν ἐστι τὸ,

Οὔτε τινὰ ῥέξας ἐξαίσιον, οὔτε τι εἰπών·

Certum ſaltem eſt, *Antonini* animo hunc *Homeri* verſum ex Odyſſ. δ', 690. obverſatum eſſe.

ἀναμιμνήσκου δὲ κ. τ. λ.] Ed. *Woll.* et *Mor.* operarum errore: ἀναμιμνήσκω δὲ κ. τ. λ.

καὶ τελεία ἡ λειτουργία] *Xyl.* 1. et *Arg.* operarum vitio: — τελέα —

εἰς

καὶ πόσα ὤπται καλά· καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες· πόσα δὲ ἔνδοξα παρεῖδες· εἰς ὅσους δὲ ἀγνώμονας εὐγνώμων ἐγένου.

λβ'. Διὰ τί συγχέουσιν ἄτεχνοι καὶ ἀμαθεῖς ψυχαὶ ἔντεχνον καὶ ἐπιστήμονα; τίς οὖν ψυχὴ ἔντεχνος καὶ ἐπιστήμων; ἡ εἰδυῖα ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ τὸν διὰ τῆς οὐσίας διήκοντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος κατὰ περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν.

λγ'. Ὅσον οὐδέπω σποδὸς ἢ σκελετὸς, καὶ ἤτοι ὄνομα, ἢ οὐδὲ ὄνομα· τὸ δὲ ὄνομα, ψόφος καὶ ἀπήχημα. τὰ δὲ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενὰ, καὶ σαπρὰ, καὶ μικρὰ, καὶ κυνίδια διαδακνόμενα, καὶ παιδία φιλόνεικα, γελῶντα, εἶτα εὐθὺς κλαίοντα. πίστις δὲ καὶ αἰδὼς, καὶ δίκη καὶ ἀλήθεια,

— — — πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης.

τί οὖν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον; εἴγε τὰ μὲν αἰσθητὰ εὐμετάβλητα, καὶ οὐχ ἑστῶτα· τὰ δὲ αἰσθητήρια, ἀμυδρὰ καὶ εὐπαρατύπωτα· αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον, ἀναθυμίασις ἀφ' αἵματος· τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν παρὰ τοιούτοις κενόν· τί οὖν; περι-

εἰς ὅσους δὲ ἀγνώμονας εὐγνώμων ἐγένου] In *Xyl.* 1. pariter ac in caeteris Edd. εὐγνώμων legitur, in quam lectionem et *Vatic. A.* conſentit. Videtur tamen *Cod. Palatin.*, ex quo *Xyl.* Ed. expreſſa eſt, pro εὐγνώμων perperam ἀγνώμων exhibuiſſe. *Xyl.* enim ad h. l. in Notis haec monuit: — „εἰς ὅσους δὲ ἀγνώμονας ἀγνώμων ἐγένου. ego εὐγνώμων lego: quid enim erat laudis, malis ſe malum praebuiſſe? praeſertim quum ſaepius jam monuerit, vitia hominum nobis eſſe ferenda.„

Ad Sect. 32. *(ap. Lugd.* 33. *Caſ.* 24.)

διὰ τί συγχέουσιν ἄτεχνοι κ. τ. λ.] *Vat. A.* διατί (in

templationem ejusque miniſterio te eſſe defunctum: quot pulchras res videris; quot voluptates doloresque contemſeris; quot glorioſa neglexeris; quot iniquis denique te aequum praebueris.

32. Qua re animae artium rudes et imperitae doctum et peritum quemque conturbant? Quam vero animam peritam arteque inſtructam vocare licet? Eam, quae principium atque finem novit, rationemque illam, quae omnem materiam penetrat, et per omne aevum definitis quibusdam ſaeculorum curſibus rerum univerſitatem adminiſtrat.

33. Jamjam cinis [futurus es] et oſſa nuda; atque vel nomen vel ne nomen quidem: nomen autem nihil niſi ſonitus et echo: ea porro, quae in vita maximi aeſtimantur pretii, vana ſunt, putida, exilia, canicularum inſtar mordicantium, et puerulorum litigantium atque ridentium modo, modo plorantium. Fides autem et verecundia et juſtitia et veritas

— — — *Climatibus terrae Coelum petiere relictis.*

Quid ergo reſtat, quod te hic detineat? ſi quidem res, quae ſub ſenſus cadunt, mutationibus ac viciſſitudinibus ſunt obnoxiae; ſenſus ipſi hebetes atque obſcuri, qui facile falſas rerum ſpecies admittunt; animula ipſa exhalatio a ſanguine;

(in quo ſaepe variant libri) συγχρῶσιν κ. τ. λ.

καὶ τὸν διὰ τῆς οὐσίας κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugdun.* corrupte: — δι' *(ſic)* τῆς οὐσίας.

Ad Sect. 33. (*ap. Lugd.* 34. *Caſ.* 25.)

σκέλετὸς] σκελετὸς acute ſcripſi, ut ratio Grammat. poſtulabat et ap. *Plutarch.* in V. *Anton.* c. 75. ſcriptum videbam. Caeterae Edd. σκέλετος dabant.

τὰ δὲ αἰσθητήρια, ἀμυδρὰ κ. τ. λ.] *Lugd.* vitioſe: — ἀμηδρὰ.

τί οὖν; περιμένεις γλεως τὴν εἴτε σβέσιν κ. τ. λ.] Edd. ſuperiores h. l. ita dederunt: τί οὖν περιμένεις;

περιμένεις ἵλεως τὴν εἴτε σβέσιν εἴτε μετάστασιν. ἔως δὲ ἐκείνης ὁ καιρὸς ἐφίσταται τί ἀρκεῖ; τί δ' ἄλλο ἢ θεοὺς μὲν σέβειν καὶ εὐφημεῖν· ἀνθρώπους δὲ εὖ ποιεῖν, καὶ ἀνέχεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπέχεσθαι· ὅσα δὲ ἐκτὸς ὅρων τοῦ πρεαδίου, καὶ τοῦ πνευματίου, ταῦτα μεμνῆσθαι μήτε σὰ ὄντα, μήτε ἐπί σοι.

λδ'. Δύνασαι ἀεὶ εὑροεῖν, εἴγε καὶ ὁδεύειν, εἴγε καὶ ἐδῷ ὑπολαμβάνειν, καὶ πράσσειν· δύο ταῦτα κοινά, τῇ τε τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ παντὸς λογικοῦ ζώου ψυχῇ· τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου· καὶ τὸ ἐν τῇ δικαϊκῇ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὄρεξιν ἀπολήγειν.

λε'. Εἰ μήτε κακία ἐστὶ τοῦτο ἐμὴ, μήτε ἐνέργεια κατὰ κακίαν ἐμὴν, μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ αὐτοῦ διαφέρομαι; τίς δὲ βλάβη τοῦ κοινοῦ;

λς'. Μὴ ὁλοσχερῶς τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι· ἀλλὰ

νεις; ἵλεως τὴν εἴτε κ. τ. λ. Inepta verborum distinctio. Signo interrogandi post οὖν posito, orationi nihil deest. — *Gatak.* τί οὐ περιμένεις ἵλεως — emendandum putabat. *Morus:* — τί οὖν οὐ περιμένεις, quod et *Upton.* ad *Arrian.* Diss. Epict. I, 9, 16. conjecit. — Ego vero olim: τί οὖν; περίμενε ἵλεως — neque tamen hoc necessarium mihi videtur.

τί δ' ἄλλο ἢ θεοὺς κ. τ. λ.] In *Gat.* τίς δ' ἄλλο legitur operarum errore, ut ipse Editor monuit.

Ad Sect. 34. *(ap. Lugd.* 35. *Cas.* 26.)

εἴγε καὶ ὁδεύειν] Haec verba *Reisk.* sunt suspecta.

δύο ταῦτα κοινὰ κ. τ. λ.] Ante δύο, praeeunte *Cas.*, monente *Gatak.*, punctum collocavi, quod sensus postulare videbatur.

καὶ παντὸς λογικοῦ ζώου ψυχῇ] ζώου ignorat *Vat. A.*

καὶ ἐνταῦθα τὴν ὄρεξιν ἀπολήγειν] Articulum τὴν, qui in *Glasg.*, *Woll.*, *Mor.* et *De-Jol.* deest, ex superioribus Edd. revocavi.

Sect.

inter tales vero celebrari res vana atque inanis. Quid igitur? aequo animo exſpectas vel exſtinctionem vel translationem. Hujus vero tempus donec obvenerit, quid ſufficiet? quid, niſi ut Deos colas celebresque, hominibus benefacias, eos ſustineas iisdemque abstineas: ea vero extra carunculae et animulae fines poſita videas, nec tua eſſe, nec in poteſtate tua ſita memineris..

34. Feliciter et proſpere vitae curſum traducere potes, ſi modo et recte procedere, et certa via ac ratione et opinari et agere potes. Communia ſunt animae ratione praeditae, ſive Dei, ſive hominis, ſive alius alicujus animantis rationalis duo iſtaec: alterum, quod nulla alia re impediri poteſt: alterum, quod in juſta animi adfectione et actione bonum ſuum habet, nec ultra hoc quidquam adpetit.

35. Si hoc nec vitioſitas mea eſt, nec vitioſitatis meae effectus, nec communis ſocietatis damnum: cur hoc mea intereſt? Quid vero damnum eſt civitatis communis?

36. Ne ulla ex parte viſis abripiare, ſed pro viribus tuis

Sect. 35. *(ap. Lugdun.* 36. *Caſ.* 27. *p.)*

Ad Sect. 36. (*ap. Lugd.* 37. *Caſ.* 27. *p.* 28.)

Haec Sectio a librariis admodum turbata, fortaſſe etiam mutilata eſt ita, ut vera lectio ſine meliorum Codd. uſu vix reſtitui poſſit. Non igitur mirum eſt, interpretum alium aliam rationem emendandi probaſſe. Cod. *Vat. A.* nihil auxilii nobis praebet ad h. l. emendandum, quippe, qui tantum verba ὦδε· ἐπεί τοι γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων· ἄνθρωπε, ἐπελάθου, τί ταῦτα ἦν; ναί· ἀλλὰ τούτοις περισπούδαστα· διὰ τοῦτ' οὖν καὶ — omiſit, et deinde pro ἀπονείμας legit: ἀπέμεινας. — Nolui igitur absque Codd. auctoritate in textu quidquam immutare. In Interpretatione quam lectionem ſecutus ſim, jam declarabo. Verba: Μὴ ὁλοσχερῶς usque ad καὶ ὦδε· mihi recte ſe habere videntur, nec emendatione ulla indigere. *Antonino* enim haec ſcribenti aut *Epicteti* Enchir. c. XVI. aut alius locus ejusdem argumenti obverſatus fuiſſe videtur. In ſequentibus

λὰ βοηθεῖν μὲν κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἀξίαν. κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται, μὴ μέν τοι βλάβην αὐτὸ φαντάζεσθαι. κακὸν γὰρ ἔθος. ἀλλ' ὡς ὁ γέρων ἀπελθὼν τὸν τοῦ θρέπτου ῥόμβον ἀπήτει, μεμνημένος, ὅτι ῥόμβος· οὕτως οὖν καὶ ὧδε. Ἐπεί τοι γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων· ἄνθρωπε, ἐπελάθου τί ταῦτα ἦν; ναί· ἀλλὰ τούτοις περισπούδαστα. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ σὺ μωρὸς γένῃ; ἐγενόμην ποτὲ ὁπουδήποτε καταλειφθείς, εὔμοιρος ἄνθρωπος· τὸ δὲ εὔμοιρος, ἀγαθὴν μοῖραν σεαυτῷ ἀπονείμας· ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ ὁρμαί, ἀγαθαὶ πράξεις.

bus expreſſi hanc lectionem: Εἰ δὲ καὶ σὺ γίνῃ καλῶν ἐπὶ τῶν ἐμβόλων, ἄνθρ. ἐπελάθου, τί ταῦτα ἦν; ναί· ἀλλὰ τούτοις περισπούδαστα· διὰ τοῦτ' οὖν καὶ σὺ μωρὸς γίνῃ; γίνου ἤδη ποτὲ, ὁπουδήποτε καταλειφθεὶς, εὔμορος ἄνθρωπος· ὁ δὲ εὔμορος, ἀγαθὴν μοῖραν ἑαυτῷ ἀπονείμας· ἀγαθαὶ δὲ μοῖραι, ἀγαθαὶ τροπαὶ ψυχῆς, ἀγαθαὶ ὁρμαὶ, ἀγαθαὶ πράξεις. Jam ad ſingula loca adnotabo, quaenam aliis debeantur, et qua ratione ſinguli interpretes huic loco mederi ſtuduerint.

κἂν εἰς τὰ μέσα ἐλαττῶνται] *Reisk.* emendabat: — ἐλαττῶμαι.

κακὸν γὰρ ἔθος] *Gatak.*: „ſ. κακὸν γὰρ οὐδὲν.„

Ἐπεί τοι γίνῃ κ. τ. λ.] *Gatak.* emendat: ὅπου ſ. εἰ που γίνῃ κ. τ. λ. *Xyl.* legiſſe videtur: γίνηται καλὸν. *Caſ.*: ἐπεὶ, τί γίνῃ — *nam quid tibi vis his pro roſtris clamoribus et querelis?* ut γίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἐμβόλων ſit h. l. *praeſentem roſtris*

MAR-

tuis et [rei] dignitate fer opem; etiamsi in mediis illis rebus detrimenti quid patiuntur, noli id revera damnum putare: malo enim sit more: sed quemadmodum senex discedens pueruli turbinem poscebat, non immemor tamen, nihil esse, nisi turbinem; sic igitur tu quoque istuc [agas]. Si vero et tu declamitans pro rostris fueris, oblitusne es, homo, haec quid sibi velint? „Nequaquam: at illis videntur studio digniſſima.„ Propterea igitur et te stultum esse oportet? Sis tandem aliquando, ubicunque neglectus jaceas, homo fortunatus: fortunatus autem est, qui bonam sibi fortunam comparavit. Bona autem fortuna bonis animi motibus, bonis conatibus, bonis denique actionibus constat.

rostris esse. — *Moro* post ἐμβόλων aut ἐπίλεγε σεαυτῷ, aut simile quid addendum videbatur. Pro καλῶν *Salmas.* malebat καλὸς, i. e. *splendide vestitus* et *pulcher.*

ἐγενόμην ποτὲ] Haec verba *Xyl.* ad sequentia referebat. *Casaubon.* autem ad priora. *Boot.* emendabat: γένοιο ἂν ποτὲ aut γίνου ποτὲ, cui adstipulatur *Gatak.*

ὁπουδήποτε καταλειφθεὶς κ. τ. λ.] *Xyl.* ὅπως δήποτε legisse videtur. *Casaub.*, qui ab his verbis novam Sectionem constituebat, καταληφθεὶς legebat, consentientibus *Gatak.* et *Boot.* *Salmas.* ἐγενόμην ποτὲ εὔμορος· Ἄνθρωπε, σὺ δὲ εὔμορος, ὁπουδήποτε καταληφθεὶς, ἀγαθὴν μοῖραν κ. τ. λ., ingenioſe sane.

τὸ δὲ εὔμορος κ. τ. λ.] *Reisk.* et *Mor.* malebant: ὁ δὲ εὔμορος — *Reisk.* — ἑαυτῷ.

ἀγαθαὶ τροπαὶ] *Salmas.* conj. ἀγαθοὶ τρόποι.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Τῶν εἰς ἑαυτὸν
ΒΙΒΛΙΟΝ ϛ'.

α'. Ἡ τῶν ὅλων οὐσία, εὐπειθὴς, καὶ εὐτρεπής· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει, οὐδέ τι κακῶς ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτεταί τι ὑπ' ἐκείνου. πάντα δὲ κατ' ἐκεῖνον γίνεται καὶ περαίνεται.

β'. Μὴ διαφέρου, πότερον ῥιγῶν, ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς· καὶ πότερον νυστάζων, ἢ ἱκανῶς ὕπνου ἔχων· καὶ πότερον κακῶς ἀκούων, ἢ εὐφημούμενος· καὶ πότερον ἀποθνήσκων, ἢ πράττων τι ἄλλοῖον. μία γὰρ τῶν βιωτικῶν πράξεων καὶ αὕτη ἐστὶ καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν· ἀρκεῖ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ παρὸν εὖ θέσθαι.

γ'. Ἔσω βλέπε· μηδενὸς πράγματος μήτε ἡ ἰδία ποιότης, μήτε ἡ ἀξία παρατρεχέτω σε.

δ'. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ἤτοι ἐκθυμιαθήσεται, εἴπερ ἤνωται ἡ οὐσία, ἢ σκεδασθήσεται.

ε'. Ὁ

Ad Librum VI.

Titulus hujus libri, ut ceterorum, in *Vat. A.* non legitur.

Ad Sect. 1. *(ap. Lugdun.* 1. *Caſ.* 1.)

εὐπειθὴς] *Arg.* εὐπειθης, penacute.

πάντα δὲ κατ' ἐκεῖνον γίνεται] *Vat. A.* depravate: γίνονται.

Ad Sect. 2. *(ap. Lugdun.* 2. *Caſ.* 2.)

καὶ αὕτη ἐστὶ καθ' ἣν ἀποθνήσκομεν] *Vat. A.* vitioſe:

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
COMMENTARIORUM, QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,
LIBER SEXTUS.

1. Universi materia obsequens facileque se fingi patitur: ratio autem, quae eam administrat, nullam in se habet maleficii caussam: malitiam enim nec in se habet, nec malefacit cuiquam, nec ab ea quidquam laeditur. Omnia vero secundum hanc fiunt ac perficiuntur.

2. Noli curare, frigore rigens an calore fotus, quod officii tui est, feceris: nec utrum dormituriens, an somni satur, male audiens, an celebratus, moriens, an aliud quid agens. Unum enim ex vitae officiis et hoc est, quod morimur: sufficit igitur et in hoc, quod instat, bene collocare.

3. Acriter intuere: nec propria ullius rei natura, nec dignitas ejus te fugiat.

4. Omnia, quae sunt, celerrime mutantur et aut in exhalationem abibunt, si quidem unita est prima rerum materia, aut dissipabuntur.

5. Ratio

tiose: καὶ αὕτη ἐστὶν καθὼς (sic) ἀποθν. — *Menag.* malebat αὐτὴ.

τὸ παρὸν εὖ θέσθαι.] *Suidas* habet τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι, qui ad h. l. respexisse videtur (s. v. τὸ παρὸν), quod tamen non obstat, quo minus h. l. θέσθαι legerit.

Sectio 3. *(ap. Lugdun.* 3. *Cas.* 3. *p.)*

Ad Sect. 4. *(ap. Lugdun.* 4. *Cas.* 3. *p.)*

ἐκθυμιαθήσεται] *Lugd.* ἐκθυμιασθήσεται. *Gat.* ἐκθυμισθήσεται. — In iis, quae sequuntur, nodum in scirpo mihi quaerere videntur Viri cete-

ε'. Ὁ διοικῶν λόγος οἶδε πῶς διακείμενος, καὶ τί ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνος ὕλης.

ς'. Ἄριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἐξομοιοῦσθαι.

ζ'. Ἐνὶ τέρπου καὶ προσαναπαύου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικὴν, σὺν μνήμῃ θεοῦ.

η'. Τὸ ἡγεμονικόν ἐστι, τὸ ἑαυτὸ ἐγείρον καὶ τρέπον, καὶ ποιοῦν μὲν ἑαυτὸ οἷον ἂν ᾖ καὶ θέλῃ, ποιοῦν δὲ ἑαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλει.

θ'. Κατὰ τὴν τῶν ὅλων Φύσιν ἕκαστα περαίνεται. οὐ γὰρ κατ' ἄλλην γέ τινα Φύσιν, ἤτοι ἔξωθεν περιέχουσαν, ἢ ἐμπεριεχομένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀπηρτημένην.

ι'. Ἤτοι κυκεὼν καὶ ἀντεμπλοκὴ, καὶ σκεδασμός· ἢ ἕνωσις καὶ τάξις, καὶ πρόνοια. εἰ μὲν οὖν τὰ πρότερα, τί καὶ ἐπιθυμῶ εἰκαίῳ συγκρίματι καὶ Φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδιατρίβειν; τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ ὅπως ποτὲ αἶχ γίνεσθαι; τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ἥξει γὰρ ἐπ' ἐμὲ ὁ σκε-

ceteroquin docti. *Reisk.* quidem οὐσίᾳ in ἐκουσίᾳ et *Reche* verba εἴπερ ἥνωται in εἰ περικαίεται mutanda putabat. Cf. *Commentar.* ad h. l.

Sectio 5. (*ap. Lugdun.* 5. *Caſ.* 4.)

Sectio 6. (*ap. Lugdun.* 6. *Caſ.* 5. *p.*)

Sectio 7. (*ap. Lugdun.* 7. *Caſ.* 5. *p.*)

Ad Sect. 8. (*ap. Lugdun.* 8. *Caſ.* 6.)

ποιοῦν μὲν ἑαυτὸ οἷον ἂν ᾖ καὶ θέλῃ] Caeterae Edd. omnes: — οἷον ἂν καὶ θέλῃ. Neque tamen dubitavi auctoritate *Vat. A.* ᾖ ante καὶ recipere. *De Joly* vulg. ſequitur, ne verbulo quidem de varietate lectionis monens.

Sectio 9. (*ap. Lugdun.* 9. *Caſ.* 7.)

Ad

5. Ratio univerſi gubernatrix novit, quomodo ſe habeat, quid agat, et in qua materia [verſetur].

6. Optima ulciſcendi ratio eſt, [alteri] non fieri ſimilem.

7. Delectet te tibique ſatisfaciat hoc unum, Dei ſcilicet memorem ab una actione, quae ſocietatem adjuvet, transire ad alteram.

8. Pars animi principalis ea eſt, quae ſe ipſa ſuſcitat ac vertit, quae ſe ipſa talem facit, qualis eſt et eſſe cupit, quaeque facit, ut, quidquid contingat, tale ſibi videatur, quale velit.

9. Secundum Univerſi naturam ſingula perficiuntur: neque enim ſecundum aliam ullam vel exterius ambientem vel intrinſecus incluſam, nec foris discretam [quidquam perficitur].

10. Aut confuſio et complexus fortuitus et diſſipatio, aut unitas et ordo et providentia [in hac rerum Univerſitate eſt]. Si igitur prius illud eſt, quid eſt, cur huic mixturae inani atque colluviei immorari cupiam? Quid aliud mihi curae eſt, quam quo modo aliquando in terram redigar? Cur

Ad Sect. 10. (*ap. Lugd.* 10. *Caſ.* 8.)

καὶ τάξις καὶ πρόνοια] Sic et *Xyl.* 1., *Caſ.* et *Oxon.* Deeſt autem vocula καὶ in *Argent.* (opinor et *Baſil.*) et reliquis. Addendam tamen monuit *Gatak.*

καὶ Φυρμῷ τοιούτῳ] *Vat. A.* vitioſe: καὶ Φρυμῷ τοιούτῳ.

μέλει ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ κ. τ. λ.] *Reisk.* malebat: μέλει ἢ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ κ. τ. λ., quod et ego malim: et potuit profecto ἢ illud facile omitti a librariis ob praecedens εἰ. Nolui tamen contra libror. auctoritatem illud recipere, quum et vulg. haud male ſe habeat.

ὅπως ποτὲ αἶα γίνεσθαι] Cave, cum *Menagio* corrigas — γαῖα γενέσθαι. Non enim certe conſtat, eum ad *Homer.* Iliad. VII, 99. re-

ὁ σκεδασμὸς, ὅ,τι ἂν ποιῶ· εἰ δὲ θάτερά ἐστι, σέβω καὶ εὐσταθῶ, καὶ θαῤῥῶ τῷ διοικοῦντι.

ια'. Ὅταν ἀναγκασθῇς ὑπὸ τῶν περιεστηκότων οἱονεὶ διακαραχθῆναι, ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν, καὶ μὴ ὑπὲρ τὰ ἀναγκαῖα ἐξίστασο τοῦ ῥυθμοῦ, ἔσῃ γὰρ ἐγκρατέστερος τῆς ἁρμονίας, τῷ συνεχῶς εἰς αὐτὴν ἐπανέρχεσθαι.

ιβ'. Εἰ μητρυιάν τε ἅμα εἶχες καὶ μητέρα, ἐκείνην τ' ἂν ἐθεράπευες, καὶ ὅμως ἡ ἐπάνοδός σοι πρὸς τὴν μητέρα συνεχὴς ἐγίνετο. τοῦτό σοι νῦν ἐστιν ἡ αὐλὴ, καὶ Φιλοσοφία· ὧδε πολλάκις ἐπάνιθι, καὶ προσαναπαύου ταύτῃ, δι' ἣν καὶ τὰ ἐκεῖ σοι ἀνεκτὰ φαίνεται, καὶ σὺ ἐν αὐτοῖς ἀνεκτός.

ιγ'. Οἷον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν ἐπὶ τῶν ὄψων καὶ τῶν τοιούτων ἐδωδίμων· ὅτι νεκρὸς οὗτος ἰχθύος, οὗτος δὲ νεκρὸς ὄρνιθος, ἢ χοίρου· καὶ πάλιν, ὅτι ὁ Φάλερνος, χυλάριόν ἐστι σταφυλίου· καὶ ἡ περιπόρφυρος, τριχία προβατίου αἱματίῳ κόγχης δεδευμένα· καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν

spexisse: potuit et ad alius nescio cujus poetae locum alludere, in quo αἶα legebatur.

ὅ,τι ἂν ποιῶ] *Xyl.* perperam: ὅτι ἂν ποιῶ.

Ad Sect. 11. (*ap. Lugd.* 11. *Cas.* 9. *p.*)

ταχέως ἐπάνιθι εἰς ἑαυτὸν] *Adnot. Lugd.* malebat: — πρὸς ἑαυτὸν. n. n.

ἔσῃ γὰρ ἐγκρατέστερος κ. τ. λ.] Pro ἔσῃ *Vat. A.* εἰ habet: quod ferri nequit, nisi in sequentibus ἔσῃ additur.

Ad Sect. 12. (*ap. Lugd.* 12. *Cas.* 9. *p.*)

ἡ αὐλὴ καὶ Φιλοσοφία] Exspectaveram cum *Reisk.* — καὶ ἡ Φιλοσοφία. Verum *Vatic. A.* cum omnibus Impressis articulum h. l. ignorat.

ἀνεκτὰ φαίνεται] *Menag.* malebat: φανεῖται. Cf. vero, quae monuit *Fischer.* in Animadv. ad *Weller.* III, 2, p. 53.

Ad Sect. 13. (*ap. Lugd.* 13. *p. Cas.* 10. *p.*)

Haec Sectio quoque servata est in *Vat.* 2. 3. 5. 6., *Med.-Flor.*

Cur etiam perturbor? Quidquid enim egerim, tamen diſſipatio me manet. Sin alterum verum eſt, pietatem colo omniumque rerum rectore fretus tranquillo ſum animo.

11. Quando a rebus, quae circumſtant, quaſi conturbari coactus es, cito ad te redi, nec ultra, quam neceſſe eſt, a tenore te removeri ſinas: eo enim facilius harmoniam tueberis, quo ſaepius ad eam te receperis.

12. Si novercam ſimul matremque haberes, etiamſi et illam coleres, ad matrem tamen frequentiſſime te reciperes. Eadem tibi nunc ratio eſt ad aulam et philoſophiam: ad hanc ſaepe reverte et in ea adquieſce, per quam et quae illic ſunt, tibi tolerabilia videntur, et tu ipſe tolerabilis, dum in illis verſaris.

13. Quemadmodum vero de obſoniis et iſtiusmodi eduliis imaginem animo concipimus: hoc piſcis cadaver eſſe; illud cadaver avis aut porci; item: Falernum uvulae ſuccum eſſe; purpuram oviculae capillos conchae cruore tinctos: de coitu, eſſe inteſtini frictionem et excretionem

Flor. 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.* Deſinit hoc Excerptum in καταγοητεύει.

οἷον δὴ τὸ φαντασίαν λαμβάνειν] *Vat.* 3. vitioſe: — φαντασίᾳ, et Ed. *Caſ.* λαχβάνειν.

οὗτος δὲ νεκρὸς κ. τ. λ.] *Vat.* 4. corrupte: ἔντος (lic) δὲ νεκρ.

ὅτι ὁ Φάλερνος χυλάριόν ἐστι σταφυλίου καὶ] Haec verba abſunt ab omnibus Codd., qui Excerpta ex *Antonino* continent. Leguntur autem in *Vat. A.* Paullo ante iidem καὶ ante πάλιν ignorant, praeter *Med.* 1. 2. 3. 4., *Vat.* 5. et *Guelf.* Copulativam plane alieno loco ante περιπόρφυρος habet *Vatic.* 4.

τριχία προβατίου] *Vatic.* 6. corrupte: τριχεία. *Vatic.* 2., *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Guelf.* τριχία ἐστὶ προβατίου (*Vat.* 2. προβάτου). Mox pro αἱματίῳ *Vat. A.* dabat αἵματι. Sed praeſtat forma deminutiva, qua noſter pro Stoicorum more frequentius uti ſolet ad rerum vilitatem ſignificandam.

τὴν συνουσίαν, ἐντερίου παράτριψις, καὶ μετά τινος σπασμοῦ μυξαρίου ἔκκρισις. (οἷαι δὴ αὗταί εἰσιν αἱ Φαντασίαι καθικνούμεναι αὐτῶν τῶν πραγμάτων καὶ διεξιοῦσαι δι' αὐτῶν, ὥστε ὁρᾶν οἷά τινά ποτ' ἐστίν.) οὕτως δεῖ παρ' ὅλον τὸν βίον ποιεῖν, καὶ ὅπου λίαν ἀξιοπιστότατα πράγματα Φαντάζεται, ἀπογυμνοῦν αὐτὰ, καὶ τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν, ἐφ' ᾗ σεμνύνεται, περιαιρεῖν. δεινὸς γὰρ ὁ τῦφος παραλογιστής· καὶ ὅτε δοκεῖς μάλιστα περὶ τὰ σπουδαῖα καταγίνεσθαι, τότε μάλιστα καταγοητεύει. ὅρα γοῦν, ὁ Κράτης τί περὶ αὐτοῦ τοῦ Ξενοκράτους λέγει.

ιδ'. Τὰ πλεῖστα, ὧν ἡ πληθὺς θαυμάζει, εἰς γενικώτατα ἀνάγεται· τὰ ὑπὸ ἕξεως ἢ Φύσεως συνεχόμενα, λίθους,

οἷαι δὴ αὗταί εἰσιν αἱ Φαντασίαι] Omnes Edd. praeter *Caſ.*, *Oxon.* et *De-Jol.* legunt: οἷαν δὴ κ. τ. λ. Perſpecte tamen monuit *Gataker.*, legendum eſſe οἷαι, quod auctoritate omnium Codicum, qui Excerpta continent, in textum recipere haud dubitavi. — Pro δὴ in *Vat.* 2. legitur δέ.

διεξοῦσαι δι' αὐτῶν] *Vat.* 2. 5. 6., *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Pariſ.* — διεξοῦσαι αὐτῶν, omiſſa praepoſitione: perperam, ni fallor.

ὥστε ὁρᾶν οἷά τινά ποτ' ἐστίν·] Ceterae Edd. omnes: ἅτινά ποτ' ἐστίν. Verum *Vatic. A.* 2. 3. 4. 6., *Med.* 1. 3. 4. et *Pariſ.* — οἷά τινα κ. τ. λ., quod mihi arridet.

οὕτως δεῖ παρ' ὅλον τὸν βίον] Variant h. l. libri. *Vat.* 2. οὕτω παρ' ὅλον τ. β. *Pariſ.* οὕτω δεῖ παρ' ὅλον τ. β. — *Vat.* 6. οὕτω δὴ παρ' ὅλ. τ. β.

καὶ ὅπου λίαν ἀξιοπιστότατα πράγματα Φαντάζεται] *Vat.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.* 1. 4. — ἀξιόπιστα (τὰ addunt *Vatic.* 4. et 6. bene): quod malim. Non enim memini, me usquam legere λίαν cum Superlativo conjunctum. Nolui tamen textum mutare, praeſertim quum mihi arrideret *Reiskii* conjectura: — λίαν ἀξιοσπούδαστα τὰ πράγματα, quam adeo in textum recepiſſem, nili temeritatis notam metuiſſem.

ἀπογυμνοῦν αὐτὰ κ. τ. λ.] Ed. *Mori* operarum errore: ἀπογυμνῶν αὐτά.

καὶ τὴν ἱστορίαν, ἐφ' ᾗ σεμνύνεται κ. τ. λ.] Haud

muci cum convulsione quadam: (quales profecto sunt rerum imagines, quae res ipsas adsequuntur easque penetrant, ut, quaenam tandem sint, videre liceat:) sic et per totam vitam facere nos oportet ac res, etiamsi studio dignissimae videantur, denudare atque falsam illam speciem, qua gloriantur, tollere: gravis enim impostor fastus est, et quando maxime putas, te res serias agere, tum maxime in fraudem inducit. Vide saltem, Crates quid de ipso Xenocrate dixerit.

14. Pleraque eorum, quae vulgus hominum admiratur, ad generalissima haec rerum capita referuntur: alia vi

Haud dubitavi pro vulgari ὑφ' ἡ σεμνύνεται recipere: ἐφ' ἡ σεμν. auctoritate *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Guelf.* Idem jam *De Joly* dedit, et σεμνύνεσθαι aut cum praepositione ἐπὶ, aut cum dandi Casu sine praepositione, aut cum Accusat., ut apud *Herodian.* V, 7. struitur. Ad ἱστορίαν, quod et mihi suspectum est, haec adnotavit *Reisk.*: „ἱστορίαν, *contemplationem, considerationem*, rationem, unde spectata vita nobis magnifica videtur. Vid. supra V, 31. Forte tamen legendum: τερθρείαν. Sane ICTOPIAN et TEPΘPEIAN non multum differunt, quod attinet ad literarum ductus.„ —

τότε μάλιστα καταγοητεύει] Corrupte *Paris.* καταγοητέου et *Med.* 4. καταγοητεύη.

τί περὶ αὐτοῦ τοῦ Ξενοκράτους] *Menag.* ad h. l.: „Fortasse Σωκράτους.„

Ad Sect. 14. *(ap. Lugd.* 13. *p.* 14. *Cas.* 10. *p.)*

εἰς γενικώτατα ἀνάγεται· τὰ ὑπὸ κ. τ. λ.] *Morus* emendabat: — εἰς γενικὸν ὑπὸ Φύσεως συνεχόμενον, *classis, quam constituit essentia rerum*: cum res, inquit, ejusdem essentiae ad idem genus, ad eandem classem, referunt. — At haec, fateor, non satis intelligo. Nisi vehementer fallor, vulgata se recte habet. Malim tamen τὰ μὲν ὑπὸ κ. τ. λ., ut commode referri possit ad ea, quae sequuntur· τὰ δὲ — τὰ δὲ —

εἰς

θους, ξύλα, συκᾶς, ἀμπέλους, ἐλαίας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ὀλίγῳ μετριοτέρων, εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς, οἷον, ποίμνας, ἀγέλας· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔτι χαριεστέρων, εἰς τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, οὐ μέντοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθό τεχνική, ἢ ἄλλως πως ἐντρεχής, ἢ κατὰ ψιλόν, τὸ πλῆθος ἀνδραπόδων κεκτῆσθαι. ὁ δὲ ψυχὴν λογικὴν καθολικήν καὶ πολιτικὴν τιμῶν, οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιστρέφεται· πρὸ ἁπάντων δὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν λογικῶς καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν, καὶ κινουμένην διασώζει, καὶ τῷ ὁμογενεῖ εἰς τοῦτο συνεργεῖ.

ιε'. Τὰ μὲν σπεύδει γίνεσθαι, τὰ δὲ σπεύδει γεγονέναι, καὶ τοῦ γινομένου δὲ ἤδη τι ἀπέσβη· ῥύσεις καὶ ἀλλοιώσεις, ἀνανεοῦσι τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἡ τοῦ χρόνου ἀδιάλειπτος Φορὰ νέον ἀεὶ παρέχεται. ἐν δὴ τούτῳ τῷ ποταμῷ τί ἄν τις τούτων τῶν παραθεόντων ἐκτιμήσειεν ἐφ' οὗ στῆναι οὐκ ἔξεστιν; ὥσπερ εἴ τίς

εἰς τὰ ὑπὸ ψυχῆς κ. τ. λ.] *Morus* hic rurſus emendandum cenſebat: — γενικὸν τὸ ὑπὸ ψυχῆς συνεχόμενον.

κατὰ ψιλὸν, τὸ πλῆθος κ. τ. λ.] Malim h. l. cum *Moro*: κατὰ ψιλὸν, οἷον τὸ πλῆθος κ. τ. λ.

λογικὴν, καθολικὴν] καθολικὴν non legitur in *Vatic. A.*

οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ἐπιστρέφ.] *Lugdun.* operarum errore: οὐδὲν ἐπὶ ἔτι (ſic) τῶν ἄλλ. κ. τ. λ.

καὶ κοινωνικῶς ἔχουσαν] Quid *Gatak.* ſibi velit, — ἴσχουσαν emendans, non video. Vulgata recte habet.

καὶ κινουμένην] κινουμένην, quod adeo Grammaticis praecepta poſtulant, ex antiquioribus Edd. *Xyl.* 1. puta, *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Ox.* revocavi. *Gatak.* et reliquae omnes: κινούμενον. Monuit tamen *Morus*, κινουμένην eſſe reſtituendum.

Ad Sect. 15. *(ap. Lugd.* 15. 16. *p. Caſ.* 11.)

ῥύσεις καὶ ἀλλοιώσεις ἀνα-

aut natura continentur, lapides, arbores, ficus, vites, oleae; alia verò, quae paullo moderatiores admirantur, anima continentur, ut greges et armenta: alia denique, quibus urbaniores capiuntur, anima rationali praedita ſunt, non ſane quidem univerſali, ſed quatenus artium perita aut alia quadam ſolertia inſignis eſt, aut ſimpliciter [rationalis], ut ſervitiorum turbam poſſidere. Qui autem animam rationalem univerſalem et ſocietatis amantem veneratur, caetera non curat, ſed omnibus poſtpoſitis animum ita affectum et ita ſe moventem, ut rationi et civitati convenit, conſervat, et cognatum ſuum, ut idem conſequatur, adjuvat.

15. Haec fieri properant: illa fuiſſe: quin et ejus, quod fit, jam aliquid evanuit. Fluxus et mutationes mundum perpetuo renovant, quemadmodum immenſum illud aevum adſiduo temporis lapſu novum redditur. In hoc igitur flumine quis horum, quae praelabuntur, quibusque inſiſtere non licet, quidquam in pretio habeat? perinde ac ſi

ἀναγεοῦσι τὸν κόσμον διηνεκῶς, ὥσπερ τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἡ τοῦ χρόνου κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugdun.* dabant ξύσεις καὶ ἀλλοιώσεις ἀνανέουσι τὸν ἄπειρον αἰῶνα τὸν κόσμον κ. τ. λ. At perſpecte monuit *Gatak.* verba τὸν ἄπειρον αἰῶνα loco ſuo mota eſſe, eaque poſt παρέχεται collocanda putabat, nihil tamen in ipſo textu immutans. At *Caſaubonus*, minus religioſus, eadem ante νέον inculcavit. *Morus* autem eadem loco illo non movenda cenſebat, ſed τὸν ἄπειρον αἰῶνα per διὰ τὸν ἄπειρον αἰῶνα explicabat, et poſt παρέχεται ſubintelligebat τὸν χρόνον. At omnem dubitationem tollit *Vat. A.*, qui haec verba eo loco exhibet, ubi et nos, praeeunte *De Joly*, ea collocavimus.

τί ἄν τις τούτων τῶν παραδεόντων ἐκτιμήσειεν] *Xyl.* 1. operarum vitio: τί ἄν τις τούτων παραδεόντων τῶν (*ſic*) ἐκτιμήσειεν.

τῶν

τίς τι τῶν παραπετομένων στρουθίων φιλεῖν ἄρχοιτο· τὸ δ' ἤδη ἐξ ὀφθαλμιῶν ἀπελήλυθεν. τοιοῦτον δή τι καὶ αὐτὴ ἡ ζωὴ ἑκάστου, οἷον ἡ ἀφ' αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος ἀνάπνευσις. ὁποῖον γάρ ἐστι τὸ ἄπαξ ἑλκῦσαι τὸν ἀέρα καὶ ἀποδοῦναι, ὅπερ παρέκαστον ποιοῦμεν, τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ τὴν πᾶσαν ἀναπνευστικὴν δύναμιν, ἣν χθὲς καὶ πρώην ἀποτεχθεὶς ἐκτήσω, ἀποδοῦναι ἐκεῖ, ὅθεν τὸ πρῶτον ἔσπασας.

ις'. Οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά, τίμιον· οὔτε τὸ ἀναπνεῖν, ὡς τὰ βοσκήματα καὶ τὰ θηρία· οὔτε τὸ τυποῦσθαι κατὰ φαντασίαν· οὔτε τὸ νευροσπαστεῖσθαι καθ' ὁρμήν· οὔτε τὸ συναγελάζεσθαι, οὔτε τὸ τρέφεσθαι· τοῦτο γὰρ ὅμοιον τῷ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς. τί οὖν τίμιον; τὸ κροτεῖσθαι; οὐχί. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ὑπὸ γλωσσῶν κροτεῖσθαι· αἱ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίαι, κρότος γλωσσῶν. ἀφῆκας οὖν καὶ τὸ δοξάριον, τί καταλείπεται τίμιον; δοκῶ μέν, τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν κινεῖσθαι, καὶ ἴσχεσθαί, ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι ἄγουσι καὶ αἱ τέχναι. ἥ τε γὰρ τέχνη πᾶσα τούτου στοχάζεται, ἵνα τὸ κατασκευασθὲν ἐπιτηδείως ἔχῃ πρὸς τὸ ἔργον πρὸς ὃ κατεσκεύα-

τῶν παραπετομένων στρουθίων] *Vat. A.* στρουθαρίων. Bene: amat enim noſter formam deminutivorum.

Ad Sect. 16. *(ap. Lugd.* 16. *p. Caſ.* 12.)

Οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά, τίμιον· οὔτε τὸ ἀναπνεῖν κ. τ. λ.] *Xyl.* 1. *(Baſ.)*, *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* dabant: Ὡς τὰ φυτὰ τίμιον οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι οὔτε τὸ ἀναπνεῖν κ. τ. λ. Qui verborum ordo quum ferri non poſſet, *Gataker.* edidit: Τίμιον οὔτε τὸ διαπνεῖσθαι, ὡς τὰ φυτά· οὔτε τὸ ἀναπνεῖν κ. τ. λ., quem poſteriores omnes ſecuti ſunt. *Vat. A.* enim verborum ordinem habet, quem nos, praeeunte *De Joly*, in edendo ſequuti ſumus.

οὔτε τὸ νευροσπαστεῖσθαι] *Arg.* corrupte: οὔτε τὸν νευροσπ.

σκευα-

κινεῖ-

quis praetervolantium paſſerculorum aliquem diligere inciperet, atque is jam e conſpectu ejus abierit. Ejusmodi ſane eſt vita uniuscujusque, cujusmodi eſt exhalatio ſanguinis aut ſpiritus ab aëre attractio. Quale enim eſt semel animam trahere et efflare, quod ſingulis temporis momentis facimus, tale etiam eſt, omnem illam reſpirandi facultatem, quam heri aut nudiustertius in ortu accepiſti, eo reddere, unde eam primo hauſiſti.

16. Neque quod perſpiramur ſtirpium more, aeſtimatione dignum eſt, neque quod reſpiramus, ut pecudes et belluae, neque quod ſpecies rerum externarum per viſa animis noſtris imprimuntur, neque quod agendi impetu huc illuc rapimur, neque quod congregamur et nutrimur: hoc enim perinde eſt ac alimenti quod eſt ſuperfluum, excernere. Quid ergo eſt, quod aeſtimatione dignum ſit? Num plauſus? Nequaquam; itaque nec linguarum plauſus: multitudinis enim laus quid aliud eſt, quam linguarum ſtrepitus? Sublata igitur gloriola, quid reſtat, quod aeſtimemus? Hoc opinor, ſecundum conſtitutionem peculiarem et moveri et motum ſiſtere: quo etiam tum ſtudia tum artes ducunt.

 Nam

κινεῖσθαι καὶ ἴσχεσθαι, ἐφ' ὃ καὶ αἱ ἐπιμέλειαι κ. πολλ.] ἴσχεσθαι dedi cum *Xyl.* 1., *Lugdun.*, *Caſaub.* et *Oxoni.*, pro quo *Arg.*, *Gatak.* et reliquae Edd. omnes, praeter *De. Jol.*, ἴσχεσθαι habent. Quod quum ferri non poſſet, olim conjeceram ἔσεσθαι, quod jam *Reisk.* placuiſſe poſtea cognovi. *Reche* malebat ἰχνᾶσθαι, quod minus mihi placet, quia cum κινεῖσθαι conjungitur. Lectio ἴσχεσθαι, in quam et *Vat. A.* conſentit, haud incommoda eſt. Cf. IX, 12. X, 38.

τούτου στοχάζεται] Haud dubitavi cum *Caſaub.*, quem *Oxon.* ſequitur, τούτου reſcribere pro τοῦτο, quod ceterae Edd. omnes dabant. Illud enim uſus loquendi poſtulat: στοχάζεσθαι enim ubique cum gignendi caſu ſtruitur.

σκεύασται· ὅ τε φυτουργὸς ὁ ἐπιμελούμενος τῆς ἀμπέλου, καὶ ὁ πωλοδάμνης, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἐπιμελούμενος, τοῦτο ζητεῖ. αἱ δὲ παιδαγωγίαι, αἱ διδασκαλίαι ἐπί τι σπεύδουσιν· ὧδε οὖν τὸ τίμιον. καὶ τοῦτο μὲν ἂν εὖ ἔχῃ, οὐδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ. οὐ παύσῃ καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν; οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε αὐτάρκης, οὔτε ἀπαθής. ἀνάγκη γὰρ φθονεῖν, ζηλοτυπεῖν, ὑφορᾶσθαι τοὺς ἀφελέσθαι ἐκεῖνα δυναμένους, ἐπιβουλεύειν τοῖς ἔχουσι τὸ τιμώμενον ὑπό σου· ὅλως πεφύρθαι ἀνάγκη τὸν ἐκείνων τινὸς ἐνδεῆ· προσέτι δὲ πολλὰ καὶ τοῖς θεοῖς μέμφεσθαι· ἡ δὲ τῆς ἰδίας διανοίας αἰδὼς καὶ τιμὴ, σεαυτῷ τε ἀρεστόν σε ποιήσει, καὶ τοῖς κοινωνικοῖς εὐάρμοστον, καὶ τοῖς θεοῖς σύμφωνον, τουτέστιν, ἐπαινοῦντα ὅσα ἐκεῖνοι διανέμουσι καὶ διατετάχασιν.

ιζ'. Ἄνω, κάτω, κύκλῳ, φοραὶ τῶν στοιχείων. ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κίνησις ἐν οὐδεμιᾷ τούτων, ἀλλὰ θειότερόν τι, καὶ ὁδῷ δυσεπινοήτῳ προϊοῦσα εὐοδεῖ.

ιή'. Οἷόν ἐστιν, ᾧ ποιοῦσιν; τοὺς μὲν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ζῶντας ἀνθρώπους εὐφημεῖν οὐ θέλουσιν·

αἱ δὲ παιδαγωγίαι — ἐπί τι σπεύδουσιν· ὧδε κ. τ. λ.] Sic dedi cum *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugd.* — pro quo *Caſ.*, *Oxon.*, *Gatak.* et reliquae — ἐπὶ τί σπεύδουσι; interrogative legunt. At jam *Morus* monuit, interrogandi ſignum h. l. eſſe tollendum.

οὐδὲν τῶν ἄλλων περιποιήσῃ σεαυτῷ· οὐ παύσῃ κ. τ. λ.] *Reisk.* ad h. l.: „Poteſt vulgaris lectio defendi: malim tamen περιποιήσεις.„ In iis, quae ſequuntur, depravatus eſt *Vat. A.*, ubi ita legitur hic locus: ᾧ οὐ παύσῃ οὔτε αὐτάρκης καὶ ἄλλα πολλὰ τιμῶν οὔτ' οὖν ἐλεύθερος ἔσῃ, οὔτε ἀπαθής.

καὶ τοῖς κοινωνικοῖς εὐάρμοστον] κοινωνικοῖς abeſt a *Vat. A.*

Ad

Nam et omnis ars hoc reſpicit, ut id, quod paratur, aptum ſit ad opus, ad quod paratur: et vinitor, qui vites colit, et qui equos domat aut canes curat, huic ſtudet rei. Porro et puerorum educatio et diſciplina aliquem finem conſequi ſtudent; ibi ergo reperitur, quod in pretio habendum eſt: quod ſi bene habuerit, nihil caeterorum tibi parare ſtudebis. Non deſines et multa alia aeſtimare? Nec liber itaque eris, nec tibi ſufficies, nec animi perturbationibus vacuus eris: non enim fieri poteſt, quin invideas, aemuleris eosque ſuſpectos habeas, qui illis te privare poſſint, iisque inſidias ſtruas, qui id, quod tanti a te aeſtimatur, poſſident. Omnino neceſſe eſt, te macerari, ſi illarum rerum aliqua indigeas; praeterea et ſaepe de Diis conqueri: propriae autem mentis verecundia et honor te tibi gratum reddet, ſociis commodum, Diisque conſentientem; id eſt: quaecunque attribuunt et conſtituunt, laudibus celebrantem.

17. Surſum, deorſum, in orbem feruntur elementa; virtutis autem motus nulla harum viarum fertur; ſed divinior quaedam res atque via comprehenſu difficili incedens, feliciter progreditur.

18. Quid eſt, quod faciunt? Eos quidem, qui eodem ſecum tempore vivunt, laudare nolunt: ipſi vero a poſteris,

Ad Sect. 17. *(ap. Lugd.* 17. *Caſ.* 13.)

κύκλῳ Φοραὶ τῶν στοιχείων] *Reisk.* malebat αἱ Φοραὶ. Ipſe olim κυκλοφορίαι reſtituendum putaveram. Jam vero nihil mutem.

καὶ ὁδῷ δυςεπινοήτῳ προϊοῦσα εὐοδεῖ] *Reche* malebat — δυςεπινοήτως. n. n. et *Menag.* εὐοδοῖ. At εὐοδεῖν in libris probatiſſimorum auctorum haud uno loco legitur.

Ad Sect. 18. *(ap. Lugd.* 18. *Caſ.* 14.)

Οἷόν ἐστιν, ὃ ποιοῦσιν;] *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*: οἷόν ἐστι, ὃ ποιοῦσιν;

Ad

λουσιν· αὐτοὶ δὲ ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων εὐφημηθῆναι, οὓς οὔτε εἶδον ποτὲ οὔτε ὄψονται, περὶ πολλοῦ ποιοῦνται. τοῦτο δὲ ἐγγύς ἐστι τῷ λυπηθῆναι ἄν, ὅτι οὐχὶ καὶ οἱ προγενέστεροι περί σου λόγους εὐφήμους ἐποιοῦντο.

ιθ'. Μὴ εἴ τι αὐτῷ σοι δυςκαταπόνητον, τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' εἴ τι ἀνθρώπῳ δυνατὸν καὶ οἰκεῖον, τοῦτο καὶ σεαυτῷ ἐφικτὸν νόμιζε.

κ'. Ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ὄνυξι κατέδρυψέ τις, καὶ τῇ κεφαλῇ ἐῤῥαγεὶς πληγὴν ἐποίησεν. ἀλλ' οὔτε ἐπισημαινόμεθα, οὔτε προςκόπτομεν, οὔτε ὑφορώμεθα ὕστερον, ὡς ἐπίβουλον· καί τοι φυλαττόμεθα, οὐ μέν τοι ὡς ἐχθρὸν, οὐδὲ μεθ' ὑποψίας, ἀλλ' ἐκκλίσεως εὐμενοῦς. τοιοῦτόν τοι γενέσθω, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς μέρεσι τοῦ βίου· πολλὰ παρενθυμώμεθα, τῶν οἷον προςγυμναζομένων. ἔξεστι γὰρ, ὡς ἔφην, ἐκκλίνειν, καὶ μηδὲ ὑποπτεύειν, μηδὲ ἀπέχθεσθαι.

κα'. Εἴ τις μὲ ἐλέγξαι, καὶ παραστῆσαί μοι, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνω, ἢ πράσσω, δύναται, χαίρων μεταθήσομαι· ζητῶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ὑφ' ἧς οὐδεὶς πώποτε ἐβλά-

Ad Sect. 19. (*ap. Lugd.* 19. *p. Cas.* 15.)

τοῦτο ἀνθρώπῳ ἀδύνατον] *Vat. A.* vitiose: — ἀνθρώπων —. Pro δυςκαταπόνητον *Menag.* malebat: δυςκατανόητον, repugnante orationis serie.

Ad Sect. 20. (*ap. Lugd.* 19. *p. Cas.* 16.)

κατέδρυψέ τις καὶ τῇ κεφαλῇ ἐῤῥαγεὶς πληγὴν ἐποίησεν· ἀλλ' οὔτε κ. τ. λ.] *Vat. A.* pro κατέδρυψέ τις vitiose: κατέκρυψέ τις. Quod deinde sequitur ἐῤῥαγεὶς vereor, ne sit corruptum, nisi forte pro ῥαγεὶς aut pro ἐνραγεὶς positum sit. *Annot. Lugd.* restituendum putabat: προςῥαγεὶς, quod tamen, ut recte observavit *Gatak.*, a vulgari scriptura longius discedit. *Casaub.* aut: καὶ τῇ κεφαλῇ ἐῤῥά-

ſteris, quos nec viderunt, nec unquam videbunt, celebrari plurimi faciunt: hoc idem eſt fere ac ſi quis doleret, quod priſcae aetatis homines eum laudibus non celebrarunt.

19. Noli ſi quid tibi fuerit effectu difficile, opinari, hominem hoc non poſſe praeſtare: ſed quidquid homo poteſt, quidquid ei convenit, te quoque poſſe exiſtimes.

20. In palaeſtra ſi quis vel unguibus nos laceravit vel capite adliſo vulnus nobis inflixit, eum neque [tanquam inimicum] notamus, neque offendimur, neque eum poſtea tanquam inſidiatorem ſuſpectum habemus: cavemus tamen ab eo, ſed nec tanquam ab hoſte nec cum ſuſpicione, ſed placide eum declinamus. Idem ſane et in caeteris vitae partibus faciamus, et ad multa eorum, quae faciunt ii, qui nobiscum quaſi in certamine committuntur, animum non advertamus. Licet enim, ut dixi, declinare, et nec ſuſpicioſum eſſe, nec odio illos habere.

21. Si quis me convincere mihique oſtendere poteſt, me non recte agere aut opinari, laeto animo ad meliorem frugem redeo. Veritatem enim ſector, a qua nemo unquam

ἐῤῥάγης· πληγὴν ἐποίησεν, ἀλλ' οὔτε κ. τ. λ., quod vix dubitarem in textum recipere, niſi ſequeretur ἐπισημαινόμεθα — προκόπτομεν etc. in prima perſ. plur. — aut: τὴν κεφαλὴν ἐῤῥάξας πληγὴν ἐποίησεν· ἀλλ' κ. τ. λ. Ego vero malim aut ἐῤῥωγὼς aut ἐκραγείς. Vid. *Valckenaer* ad *Eurip.* Hippolyt. v. 1338. p. 309., quam obſervationem ad *Lennepii* Lexic. Etymolog. retulit *Ev. Scheidius* ſ. v. ῥήσσω.

οὔτε προσκόπτομεν] *Vat. A.* οὔτε προκόπτομεν. perperam.

Ad Sect. 21. *(ap. Lugd.* 20. *Caſ.* 17. *p.)*

καὶ παραστῆσαί μοι] *Vatic. A.* καὶ παραστήσαι με (*ſic*). perperam.

Ad

ἐβλάβη. Βλάπτεται δὲ ὁ ἐπιμένων ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀπάτης καὶ ἀγνοίας.

κβ'. Ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ καθῆκον ποιῶ· τὰ ἄλλα μὲ οὐ περισπᾷ· ἤτοι γὰρ ἄψυχα, ἢ ἄλογα, ἢ πεπλανημένα, καὶ τὴν ὁδὸν ἀγνοοῦντα.

κγ'. Τοῖς μὲν ἀλόγοις ζώοις καὶ καθόλου πράγμασι καὶ ὑποκειμένοις, ὡς λόγον ἔχων, λόγον μὴ ἔχουσι, χρῶ μεγαλοφρόνως καὶ ἐλευθέρως. τοῖς δὲ ἀνθρώποις, ὡς λόγον ἔχουσι, χρῶ κοινωνικῶς. ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ· καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ· ταῦτα πράξεις· ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

κδ'. Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, καὶ ὁ ὀρεωκόμος αὐτοῦ ἀποθανόντες εἰς τ' αὐτὸ κατέστησαν· ἤτοι γὰρ ἐλήφθησαν εἰς τοὺς αὐτοὺς τοῦ κόσμου σπερματικοὺς λόγους· ἢ διεσκεδάσθησαν ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμους.

κε'. Ἐνθυμήθητι, πόσα κατὰ τὸν αὐτὸν ἀκαριαῖον χρόνον ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν ἅμα γίνεται, σωματικὰ ὁμοῦ καὶ ψυχικά. καὶ οὕτως οὐ θαυμάσεις, εἰ πολὺ πλείω, μᾶλλον δὲ πάντα τὰ γινόμενα ἐν τῷ ἑνί τε καὶ σύμπαντι, ὃ δὴ κόσμον ὀνομάζομεν, ἅμα ἐνυφίσταται.

κς'. Ἐάν

Ad Sect. 22. (*ap. Lugd.* 21. *p. Caſ.* 17. *p.*)

Ἐγὼ δὲ κ. τ. λ.] Malim cum *Gatak.* ἐγὼ τὸ [f. μὲν] ἐμαυτοῦ — et τὰ [δὲ] ἄλλα κ. τ. λ.

Ad Sect. 23. (*ap. Lugd.* 21. *p. Caſ.* 17. *p.*)

καὶ ἐλευθέρως] *Reisk.* καὶ ἐλευθερίως. n. n.

Ad Sect. 24. (*ap. Lugd.* 22. *Caſ.* 18.)

ὁμοίως εἰς τὰς ἀτόμους] *Vat. A.* corrupte: — ἀντόμους.

Ad Sect. 25. (*ap. Lugd.* 23. *Caſ.* 19.)

ἐν τῷ ἑνί τε καὶ σύμπαντι κ. τ. λ.] *Vat. A.* ἐν τῷ ἑνί τε καὶ γεννητῷ καὶ σύμπαντι κ. τ. λ. Verba καὶ γεν-

quam laesus est; laeditur autem, qui in errore suo et ignorantia persistit.

22. Ego, quod meum est, facio: caetera me non distrahunt: aut enim anima, aut ratione carent, aut viae ignara aberrarunt.

23. Animantibus adeoque omnibus omnino rebus atque subjectis ratione carentibus tu, utpote ratione praeditus, magno liberoque animo utaris; hominibus vero, quippe qui ratione praediti sunt, ita ut communionis ac societatis rationem habeas. In omnibus vero Deorum auxilium implora, nec cura, quamdiu hoc facturus sis; sufficerint enim tres horae sic exactae.

24. Alexander Macedo ejusque mulio post mortem ad idem redacti sunt: nam vel in easdem mundi rationes seminales recepti sunt, vel pariter in atomos dissipati.

25. Considera, quam multa uno eodemque temporis momento in uniuscujusque nostrum cum animo tum corpore fiant. Quo facto non miraberis, quod multo plura, vel cuncta potius, quae fiunt, in uno hoc atque Universo, quod mundum vocamus, simul existunt.

26. Si

γεννητῷ *De Joly* in textum recepit, ne verbo quidem lectorem de ea re admonens. Versio ejusdem Gallica h. l. ita reddit: *dans cet être unique et périssable et universel que nous appellons le monde*, addita hac nota: „*Périssable* est une addition du manuscrit du Vatican.„ Mihi vero, ut dicam, quid sentiam, additamentum hoc eo saltem sensu, quo *De Joly* hoc verbum accepit, huic loco non adeo aptum visum est, ut hanc lectionem in contextum, quem vocant, recipere auderem. Utitur scilicet *Antoninus* h. l. ea argumentandi ratione, quam *a minori ad majus* vocant Logici. Num igitur in hac orationis et ratiocinationis serie aptum cuiquam videri potest, de *mundo*,

κς'. Ἐάν τις σοὶ προβάλῃ, πῶς γράφεται τὸ Ἀντωνίνου ὄνομα, μήτι κατεντεινόμενος προσίσῃ ἕκαστον τῶν στοιχείων; τί οὖν, ἐὰν ὀργίζωνται, μήτι ἀντοργιῇ; μήτι οὐκ ἐξαριθμήσῃ πράως, προϊὼν ἕκαστον τῶν γραμμάτων; οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε μέμνησο, ὅτι πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται. τούτους δεῖ τηροῦντα, καὶ μὴ θορυβούμενον, μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα, περαίνειν ὁδῷ τὸ προκείμενον.

κζ'. Πῶς ὠμόν ἐστι μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἀνθρώποις ὁρμᾷν ἐπὶ τὰ φαινόμενα αὐτοῖς οἰκεῖα καὶ συμφέροντα. καί τοι τρόπον τινὰ οὐ συγχωρεῖς αὐτοῖς τοῦτο ποιεῖν, ὅταν ἀγανακτεῖς, ὅτι ἁμαρτάνουσι. φέρονται γὰρ πάντως ὡς ἐπὶ οἰκεῖα καὶ συμφέροντα αὐτοῖς. ἀλλ' οὐκ ἔχει οὕτως. οὐκοῦν δίδασκε, καὶ δείκνυε μὴ ἀγανακτῶν.

κή. Θάνατος ἀνάπαυλα αἰσθητικῆς ἀντιτυπίας, καὶ ὁρμητικῆς νευροσπαστείας, καὶ διανοητικῆς διεξόδου, καὶ τῆς πρὸς τὴν σάρκα λειτουργίας.

κθ'. Αἰ-

do, quem cum ſingulis hominibus comparatum ſummis laudibus ornare conſtituit, *interitum* praedicare, qui ei cum omnibus communis eſt, nec quidquam habet, quod ad laudes mundi referri poſſit. Neque tamen inficias eo, hoc additamentum mihi ab ingenio librarii, qui *Vat. A.* deſcripſit, additum non videri. Judicent igitur de h. l. peritiores!

Ad Sect. 26. (*ap. Lugd.* 24. *p. Caſ.* 20.)

ἐάν τις σοὶ προβάλῃ] *Vat. A.* — προβάλλῃ.

μήτε κατεντεινόμενος προσίσῃ κ. τ. λ.] Neſciebam, quid voluerit *Menag.*, qui καθ' ἓν γενόμενος h. l. legendum putabat. κατεντείνεσθαι eſt verbum noſtro familiare pro κατατείνεσθαι. Vid. Index ſ. h. v. *Caſ.* legit: μήτι κατεντεινόμενος οὐ προσίσῃ — et vertit: *nonne ſingulatim in hoc intentus unum proferes?*

τί οὖν; ἐὰν ὀργίζωνται κ. τ. λ.] Signum interrogandi poſt οὖν deeſt in *Woll.* et *Mori* Ed. — Caeterum verba: τί οὖν;

26. Si quis te rogaverit, Antonini nomen quomodo ſcribatur, num magna vocis contentione ſingulas proferes literas? Quid igitur? ſi tibi iraſcuntur, num tu viciſſim illis iraſceris? Nonne placide omnes ac ſingulas [illis] enumerabis literas? Sic et iſtic memento, officium omne quibusdam [quaſi] numeris abſolvi: quos obſervare oportet et nec perturbatum, nec aliis indignantibus viciſſim indignantem recta pergere ad id, quod propoſitum eſt.

27. Quam inhumanum eſt, hominibus non permittere, ut ad ea ferantur, quae ad ſe pertinere ſibique conducere opinantur: atqui quodammodo non permittis, ut hoc faciant, quum aegre fers illos peccare: feruntur enim omnino ad ea, quae ad ſe pertinere, ſibique prodeſſe putant. Verum res non ita habet, [inquis]. Tu igitur illos doceto iisque hoc oſtendito ſine indignatione.

28. Mors quietem nobis praeſtat a ſenſuum repugnantia, ab adfectuum impulſu huc illuc nos jactante, a discurſibus mentis et a carnis miniſterio.

29. Turpe

οὖν; ἐὰν — ἀντοργιῇ; — et μηδὲ τοῖς δυσχεραίνουσιν ἀντιδυσχεραίνοντα delenda cenſebat *Morus*, ut quae non ſatis congrua exemplo propoſito viderentur; de qua re pluribus in Commentar. ad h. l. differemus.

ἕκαστον τῶν γραμμάτων;] *Xyl.* vertit h. l., tanquam legiſſet: τῶν πραγμάτων. At vulg. h. l. minime ſollicitanda eſt.

τούτους δεῖ τηροῦντα κ. τ. λ.] *Vatic. A.* τούτους δὲ τηρ.

Ad Sect. 27. (*ap. Lugd.* 24. *p. Caſ.* 21.)

πῶς ὠμόν ἐστι μὴ κ. τ. λ.] *Caſaub.* malebat: πῶς οὐκ ὠμόν ἐστι —. Idem et *Gatak.* placuit, aut Ὠμόν πως ἐστὶ μὴ κ. τ. λ. Quid autem obſtat, quo minus τῷ πῶς h. l. *uſum expoſtulantis ſ. objurgantis* tribuamus? de quo vid. *Hoogeveen* Doctr. partic. Gr. ed. *Schütz.* pag. 724. Cf. et *Schweighaeuſer* ad *Arrian.* Diſſ. Ep. III, 1, 11.

Sect. 28. (*ap. Lugd.* 25. *p. Caſ.* 22. *p.*)

κθ'. Αἰσχρόν ἐστι, ἐν ᾧ βίῳ τὸ σῶμά σοι μὴ ἀπαυδᾷ, ἐν τούτῳ τὴν ψυχὴν προαπαυδᾷν.

λ'. Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς, μὴ βαφῇς· γίνεται γάρ. τήρησον οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν, ἀγαθόν, ἀκέραιον, σεμνόν, ἄκομψον, τοῦ δικαίου φίλον, θεοσεβῆ, εὐμενῆ, φιλόστοργον, ἐρρωμένον πρὸς τὰ πρέποντα ἔργα. ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος συμμείνῃς, οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι φιλοσοφία. αἰδοῦ θεοὺς, σώζε ἀνθρώπους. βραχὺς ὁ βίος· εἷς καρπὸς τῆς ἐπιγείου ζωῆς, διάθεσις ὁσία, καὶ πράξεις κοινωνικαί. πάντα, ὡς Ἀντωνίνου μαθητής· τὸ ὑπὲρ τῶν κατὰ λόγον πρασσομένων εὔτονον ἐκείνου, καὶ τὸ ὁμαλὲς πανταχοῦ, καὶ τὸ ὅσιον καὶ τὸ εὔδιον τοῦ προσώπου, καὶ τὸ μειλίχιον, καὶ τὸ ἀκενόδοξον, καὶ τὸ περὶ τὴν κατάληψιν τῶν πραγμάτων φιλότιμον· καὶ ὡς ἐκεῖνος οὐκ ἄν τι ὅλως παρῆκεν, μὴ πρότερον εὖ μάλα κατιδὼν, καὶ σαφῶς νοήσας· καὶ ὡς ἔφερεν ἐκεῖνος τοὺς ἀδίκως αὐτὸν μεμφομένους μὴ ἀντιμεμφόμενος· καὶ ὡς ἐπ' οὐδὲν ἔσπευδεν· καὶ ὡς διαβολὰς οὐκ ἐδέχετο· καὶ ὡς ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστὴς ἠθῶν καὶ πράξεων· καὶ οὐκ ὀνειδιστὴς, οὐ ψοφοδεὴς, οὐχ ὑπόπτης, οὐ σοφιστής· καὶ

Sect. 29. (*ap. Lugd.* 25. *p. Caſ.* 22. *p.*)

Ad Sect. 30. (*ap. Lugd.* 25. *p.* 26. *Caſ.* 23.)

Ὅρα μὴ ἀποκαισαρωθῇς] *Vatic. A.* ὕρα μὴ ἀποκαισαριχνωθῇς (ſic).

τήρησον οὖν κ. τ. λ.] Revocavi τήρησον ex *Xyl.* 1., *Argent.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.*, pro quo in *Gatak.* et reliquis omnibus τήρησαι legitur. τήρησαι illud autem recepiſſe videtur *Gatak.*, propter ἀγώνισαι, quod ſequitur.

ἀγώνισαι, ἵνα τοιοῦτος κ. τ. λ.] Pro ἀγώνισαι vix dubito, quin legendum ſit ἀγώνισον. Infinitivus h. l. inde ortus eſt, quod ii, qui *Xyl.* Editionem figuris ſtanneis deſcripſerunt, ἀγώνισαι ad ἐρρωμένον referebant, quod apparet ex eo, quod poſt ἔργα orationem non diſtinxerunt. *Xyl.* tamen recte ἀγώνισαι cum ſequentibus conjunxit, et in imperandi modo transtulit.

οἷόν

29. Turpe eſt, in qua vita corpus non ſuccumbit, in ea animam ſuccumbere.

30. Cave, ne in mores nimium Caeſareos degeneres, ne inficiaris. Solet enim hoc fieri. Serva te igitur ſimplicem, bonum, integrum, gravem, elegantiae non ſtudioſum, pium, benevolum, ad amorem naturalem propenſum, in officiis praeſtandis ſtrenuum. Adnitere, ut talis permaneas, qualem te facere volebat philoſophia. Deos venerare, hominum ſaluti proſpice: brevis eſt vita et unus fructus hujus vitae terreſtris, ſancta animi adfectio et actiones hominum ſocietati utiles. Omnia ut Antonini diſcipulus [praeſta]: conſtantem illius firmitatem in agendo ſecundum rationem, ejus, quae ubique apparebat, aequabilitatem ſanctitatemque, ejus porro in vultu ſerenitatem ac comitatem, gloriae inanis contemtum et in rebus percipiendis ſtudium: et quemadmodum ille nihil omnino praetermiſit, priusquam ſedulo id conſideraverat et accurate intellexerat: quemadmodum ille eos tulit, qui immerito eum reprehendebant, nec eos viciſſim reprehendit: quemadmodum ille nihil feſtina-

οἷόν σε ἠθέλησε ποιῆσαι ἡ φιλοσοφία] Caeterae Edd. omnes absque articulo — φιλοσοφία. Ego vero cum auctore *Reisk.* addere haud dubitavi.

τὸ ὑπὲρ — εὔτονον ἐκείνου] *Reisk.* malebat τὸ — ἔντονον, qua tamen emendatione, ſi quid video, non opus eſt. *Arrianus* ſaltem in Diſſ. Ep. II, 15, 8. de animi firmitate vocabulo εὐτονία uſus eſt.

καὶ τὸ εὔδιον προσώπου] Caeterae Edd. καὶ τὸ εὐόδιον τοῦ προσώπου. Neque tamen dubitavi, ex veriſſima *Xylandri* conjectura, quam *Gatak.* comprobavit, pro depravato εὐόδιον, in quod et *Vat. A.* conſentit, εὔδιον recipere.

τοὺς ἀδίκως αὐτὸν μεμφομένους] Sic dedi cum *Xyl.*, *Arg.*, *Lugdun.*, *Caſ.* et *De-Jol.* *Gat.* autem, et quae ex ea manarunt, αὐτὸν omittunt.

οἷον

καὶ ὡς ὀλίγοις ἀρκούμενος, οἷον οἰκήσει, στρωμνῇ, ἐσθῆτι, τροφῇ, ὑπηρεσίᾳ· καὶ ὡς φιλόπονος, καὶ μακρόθυμος· καὶ οἷος μὲν ἐν τῷ μέχρι ἑσπέρας διὰ τὴν λιτὴν δίαιταν, μηδὲ τοῦ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα παρὰ τὴν συνήθη ὥραν χρήζων· καὶ τὸ βέβαιον καὶ ὅμοιον ἐν ταῖς φιλίαις αὐτοῦ· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι ἀντιβαινόντων παῤῥησιαστικῶς ταῖς γνώμαις αὐτοῦ, καὶ χαίρειν, εἴ τις δεικνύοι κρεῖττον· καὶ ὡς θεοσεβὴς χωρὶς δεισιδαιμονίας· ἵν' οὕτως εὔσυνειδήτῳ σοι ἐπιστῇ ἡ τελευταία ὥρα, ὡς ἐκείνῳ.

λα'. Ἀνάνηφε καὶ ἀναπαλοῦ σεαυτόν. καὶ ἐξυπνισθεὶς πάλιν καὶ ἐννοήσας, ὅτι ὄνειροί σοι ἠνώχλουν, πάλιν ἐγρηγορὼς βλέπε ταῦτα, ὡς ἐκεῖνα ἔβλεπες.

λβ'. Ἐκ σωματίου εἰμὶ καὶ ψυχῆς. τῷ μὲν οὖν σωματίῳ πάντα ἀδιάφορα· οὐδὲ γὰρ δύναται διαφέρεσθαι. τῇ δὲ

οἷον οἰκήσει κ. τ. λ.] οἰκήσει ignorat *Vatic. A.*, idemque mox pro ἐσθῆτι depravate εὐθύτι *(sic)* dedit.

καὶ οἷος μὲν ἐν τῷ μέχρι κ. τ. λ.] Locus haud dubie depravatus. Emendationum optima mihi videtur, quam proposuit *Is. Casaubonus*: καὶ οἷος μένειν ἐν τῷ αὐτῷ μέχρι κ. τ. λ. Hanc igitur, quam et *Gatak.* commendabat, in Translat. lat. expressi. — *Mer. Cas.* ad h. l. haec habet: „Scribo καὶ οἷος ἦν ἐν τῷ μ. etc. Et mox: παρὰ τὴν σ. ὥρ. χρήζειν. nempe, ut ita suppleas, quasi dixisset: καὶ ὅτι τοιοῦτος ἦν οἷος etc. Nisi quis malit, ut illud οἷος admirantis sit: καὶ οἷος ἦν, et qualis, quam admiratione dignus in eo, quod etc.„ *Reiskius*: οἷος μένειν ἐγρηγορότως μ. ἐ.

μηδὲ τοῦ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα —] ἀποκρίνειν dedi ex *Xyl.*, *Argent.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.*; ὑποκρίνειν primum dedit *Gat.* operarum,

ſtinavit, nec delationes admiſit; quemadmodum accuratus ille erat morum actionumque explorator, nec calumniator, nec meticuloſus nec ſuſpicioſus nec ſophiſta; quemadmodum paucis erat contentus, ut domo, ſtrato, veſte, victu et ſervitio laboris, porro tolerans et animo leni: [ſic tu, fac, ſis atque agas]. Potuit et propter victus tenuitatem in eodem usque ad veſperam verſari; nec niſi conſueta hora excernere ei neceſſe erat. Conſtantem atque aequabilem in amicitiis colendis ſe praeſtitit: eos, qui ſententias ejus libere impugnabant, tulit adeoque gaviſus eſt, ſi quis melius quidquam proferebat: Deos denique citra ſuperſtitionem coluit. [Hunc, inquam, imitare], ut bene actorum conſcio tibi, ſicut illi olim, ſuperveniat hora noviſſima.

31. Expergiſcere teque revoca, ſomnoque iterum excuſſo ubi intellexeris, ſomnia fuiſſe, quae te conturbaverant, vigilans denuo haec intuere, quemadmodum illa intuitus es.

32. Ex corpuſculo et anima conſto. Corpuſculo indifferentia ſunt omnia: non enim poteſt eorum discrimen

rarum, opinor, errore, quod in reliquas Edd. manavit, adeoque in *De-Iol. Morus* tamen obſervavit, ἀποχρίνειν eſſe legendum.

Ad Sect. 31. *(ap. Lugd.* 27. *Caſ.* 24.*)*

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

καὶ ἐξυπνισθεὶς πάλιν καὶ ἐννοήσας] Copulativa ante ἐξυπνισθεὶς in *Vat.* 3. non legitur, et ante ἐννοήσας eandem ignorat *Med.* 2. *Caſaubono* ſuſpectum erat τὸ πάλιν, in quod tamen omnes libri conſentiunt.

ὅτι ὄνειροί σοι ἠνώχλουν] *Xyl.* 1. depravate: ἔνοιροι. *Pariſ.* ὅτι ὄνειρα σοῦ ἐνώχλ.

Ad Sect. 32. *(ap. Lugd.* 28. *Caſ.* 25.*)*

Ἐκ σωματίου εἰμὶ καὶ ψυχῆς] *Xyl.* 1. et *Arg.* — εἰμὴ.

καὶ

δὲ διανοίᾳ ἀδιάφορα, ὅσα μὴ ἐστιν αὐτῆς ἐνεργήματα. ὅσα δέ γε αὐτῆς ἐστιν ἐνεργήματα, ταῦτα πάντα ἐπ' αὐτῇ ἐστιν. καὶ τούτων μέν τοι, ἃ περὶ μόνον τὸ παρὸν πραγματεύεται· τὰ γὰρ μέλλοντα καὶ παρῳχηκότα ἐνεργήματα αὐτῆς, καὶ αὐτὰ ἤδη ἀδιάφορα.

λγ'. Οὐκ ἔστιν ὁ πόνος τῇ χειρὶ, οὐδὲ τῷ ποδὶ παρὰ Φύσιν, μέχρις ἂν ποιῇ ὁ ποῦς τὸ τοῦ ποδὸς, καὶ ἡ χεὶρ τὰ τῆς χειρός. οὕτως οὖν οὐδὲ ἀνθρώπῳ ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ Φύσιν ἐστὶν ὁ πόνος, μέχρις ἂν ποιῇ τὰ τοῦ ἀνθρώπου. εἰ δὲ παρὰ Φύσιν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ.

λδ'. Ἡλίκας ἡδονὰς ἥσθησαν λῃσταὶ, κίναιδοι, πατραλοῖαι, τύραννοι;

λε'. Οὐχ ὁρᾷς πῶς οἱ βάναυσοι τεχνῖται ἁρμόζονται μὲν ἄχρι τινὸς πρὸς τοὺς ἰδιώτας, οὐδὲν ἧσσον μέν τοι ἀντέχονται τοῦ λόγου τῆς τέχνης, καὶ τούτου ἀποστῆναι οὐχ ὑπομένουσιν; οὐ δεινὸν εἰ ὁ ἀρχιτέκτων, καὶ ὁ ἰατρὸς μᾶλλον αἰδέσονται τὸν τῆς ἰδίας τέχνης λόγον, ἢ ὁ ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ, ὃς αὐτῷ κοινός ἐστι πρὸς τοὺς θεούς;

λς'. Ἡ Ἀσία, ἡ Εὐρώπη, γωνίαι τοῦ κόσμου· πᾶν πέλαγος, σταγὼν τοῦ κόσμου· Ἄθως βωλάριον τοῦ κόσμου· πᾶν

καὶ τούτων μέντοι, ἃ περὶ κ. τ. λ.] *Menag.* malebat: — τούτων μέν τινα, ἃ κ. τ. λ. *Reisk.* καὶ τούτων μόνα μέντοι, ἃ κ. τ. λ. Ferri tamen utcunque potest lectio vulgaris.

Ad Sect. 33. *(ap. Lugd.* 29. *Caſ.* 26. *p.)*

ὁ ποῦς τὸ τοῦ ποδὸς] *Lugdun.*, *Caſ.* et *Oxon.* — τὰ τοῦ ποδός. Bene; neque tamen vulgare contemnendum, in quod conſentit *Vat. A.*

οὐδὲ κακὸν οὐκ ἔστιν αὐτῷ.] *Xyl.* 1. et *Arg.* — οὐ ἔστιν. *Menag.* et *Reisk.* malebant: οὐδὲ κακὸν οὖν ἔστιν αὐτῷ, quod quidem lubentiſſime

intelligere. Menti autem indifferentia ſunt, quaecunque non ſunt ipſius actiones: omnia vero, quae quidem actiones ejus ſunt, in poteſtate ſua ſita habet: et ex his tamen ea tantum curat, quae circa id, quod praeſens eſt, verſantur; quae enim futurae ſunt aut praeteritae ejus actiones, et illae nunc ſunt indifferentes.

33. Neque manui labor eſt neque pedi contra naturam, quamdiu pes facit, quod pedis eſt, manus, quod manus eſt. Sic igitur nec homini, quatenus homo eſt, labor contra naturam accidit, quamdiu facit, quod hominis eſt: ſi autem non contra naturam illius eſt, nec malum illi eſt.

34. Quantis voluptatibus fruuntur latrones, cinaedi, parricidae, tyranni?

35. Videsne, ut, qui illiberales profitentur artes, aliquatenus quidem ad imperitam multitudinem ſe adcommodent, nihilominus autem artis rationem retineant, nec ab ea decedere ſuſtineant? Nonne turpiſſimum eſt, architectum medicumque artis ſuae rationem pluris facere, quam hominem rationem ſuam, quae illi cum Diis ipſis eſt communis?

36. Aſia, Europa, anguli mundi; omne mare, guttula mundi: Athos, mundi glebula: omne, quod inſtat, tempus

me dediſſem, ſi Codice aliquo comprobatum eſſet: nunc vero in vulgari adquieſcendum putavi.

Ad Sect. 34. *(ap. Lugd.* 30. *Caſ.* 26. *p.)*

κίναιδοι] *Xyl.* 1., *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* κίνναιδοι, perperam. *Arg.* et reliquae recte κίναιδοι.

Ad Sect. 35. *(ap. Lugd.* 31. *Caſ.* 26. *p.)*

μὲν ἄχρι τινὸς κ. τ. λ.] *Vat. A.* μὲν μέχρι τινὸς — εἰ ὁ ἀρχιτέκτων] *Vat. A.* εἰ ἀρχιτέκτων, articulo perperam omiſſo.

Ad

πᾶν τὸ ἐνεστὼς τοῦ χρόνου, στιγμὴ τοῦ αἰῶνος. πάντα μικρὰ, εὔτρεπτα, ἐναφανιζόμενα. πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀπ' ἐκείνου τοῦ κοινοῦ ἡγεμονικοῦ ὁρμήσαντα, ἢ κατ' ἐπακολούθησιν· καὶ τὸ χάσμα οὖν τοῦ λέοντος, καὶ τὸ δηλητήριον, καὶ πᾶσα κακουργία, ὡς ἄκανθα, ὡς βόρβορος, ἐκείνων ἐπιγεννήματα τῶν σεμνῶν καὶ καλῶν. μὴ οὖν αὐτὰ ἀλλότρια τούτου, οὗ σέβεις, φαντάζου· ἀλλὰ τὴν πάντων πηγὴν ἐπιλογίζου.

λζ'. Ὁ τὰ νῦν ἰδὼν, πάντα ἑώρακεν, ὅσα τε ἐξ ἀϊδίου ἐγένετο, καὶ ὅσα εἰς τὸ ἄπειρον ἔσται· πάντα γὰρ ὁμογενῆ, καὶ ὁμοειδῆ.

λη'. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὴν ἐπισύνδεσιν πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ σχέσιν πρὸς ἄλληλα. τρόπον γάρ τινα πάντα ἀλλήλοις ἐπιπέπλεκται, καὶ πάντα κατὰ τοῦτο φίλα ἀλλήλοις ἐστὶ, καὶ γὰρ ἄλλῳ ἐξῆς ἐστι τοῦτο, διὰ τὴν τοπικὴν κόνησιν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τὴν ἕνωσιν τῆς οὐσίας.

λθ'. Οἷς

Ad Sect. 36. (*ap. Lugd.* 32. *Caſ.* 27.)

πάντα μικρὰ, εὔτρεπτα, ἐναφανιζόμενα] *Menagio* poſt ἐναφανιζόμενα deeſſe videbatur: ἐν τῷ κόσμῳ. At ſolet noſter brevitatis ſtudioſiſſimus talia omittere.

πάντα ἐκεῖθεν ἔρχεται, ἀπ' ἐκείνου — ὁρμήσαντα, ἢ —] Hic locus varie tentatus eſt a viris doctis. *Caſ.*: „Scribe ὁρμήσαντος, i. e. βουλεύσαντος: ut paullo poſt c. 32. [nobis 44.] et lib. VII. cap. ult. [ſ. 75.] Ἡ τοῦ ὅλου φύσις — ὥρμησεν.„ Cum eo conſentit *Gat. Reiskius*: „ſ. ἡγεμονικοῦ ἢ αὐθεκάστως (vel ἀνεπιστάτως) ὁρμήσαντα ἢ κ. τ. λ. Cf. §. 42.„ — *Morus* denique: — ἢ ἀπ' ἐκείνου — ὁρμήσαντα, ἢ —

τὴν πάντων πηγὴν] *Xyl.* 1. operarum errore: τῆς π. π.

Sect.

punctum aevi: parva omnia, caduca, evanida: omnia inde veniunt ab univerſae illius Rationis conſilio profecta vel per conſequentiam. Leonis igitur rictus quoque et venenum mortiferum et noxium quidvis, ut ſpina, ut lutum, ſpecioſarum illarum rerum atque pulchrarum adpendices ſunt. Noli igitur iſta ab eo, quem colis, aliena opinari, ſed rerum univerſarum originem tecum perpende.

37. Qui praeſentia cernit, omnia vidit, quae ab aeterno fuerunt et in infinitum usque erunt: omnia enim ejusdem generis ſunt atque formae ejusdem.

38. Saepe tecum perpende rerum omnium, quae in mundo ſunt, connexum mutuamque adfectionem: quodammodo enim omnia ſibi invicem ſunt implexa, eaque ratione ſibi invicem amica. Aliud enim ex alio ſequitur per connexionem localem, per conſpirationem et unitatem materiae.

Sect. 37. (*ap. Lugdun.* 33. *Caſ.* 28. *p.*)

Ad Sect. 38. (*ap. Lugd.* 34. *Caſ.* 28. *p.*)

καὶ γὰρ ἄλλῳ ἐξῆς ἐστι τοῦτο] *Reisk.* malebat: καὶ γὰρ ἄλλῳ ἐξῆς ἐστι τοῦτο καὶ τούτῳ ἄλλο διὰ τὴν κ. τ. λ.

διὰ τὴν τοπικὴν κόνησιν καὶ σύμπνοιαν] Si lectio τοπικὴν vera eſt, κόνησιν locum non habet, ſed aut cum *Xyl.* et *Menag.* κίνησιν, aut cum *Gatak.* σύννησιν, aut cum *Caſ.* κόλλησιν legendum eſt. *Gatak.* conjecturam in Verſione ſecutus ſum. Haud ſcio tamen, an melior ſit lectio Cod. *Vat. A.* διὰ τὴν τονικὴν κόνησιν. — τονικός, niſi fallunt Lexicographi, occurrit in Ariſtotele, et κόνησις ita ex Analogiae regulis a κονέω deductum eſt, ut νόησις a νοέω, δόκησις a δοκέω, ejusque generis alia. Neque ſenſus, qui hinc oritur, ab h. l. alienus videtur.

Ad

λϑ'. Οἷς συγκεκλήρωσαι πράγμασι, τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν. καὶ οἷς συνείληχας ἀνθρώποις, τούτους φίλει, ἀλλ' ἀληθινῶς.

μ'. Ὄργανον, ἐργαλεῖον, σκεῦος πᾶν, εἰ πρὸς ὃ κατεσκεύασται ποιεῖ, εὖ ἔχει. καίτοι ἐκεῖ ὁ κατασκευάσας ἐκποδών. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ φύσεως συνεχομένων, ἔνδον ἐστὶ, καὶ παραμένει ἡ κατασκευάσασα δύναμις. καϑὸ καὶ μᾶλλον αἰδεῖσϑαι αὐτὴν δεῖ καὶ νομίζειν, ἐὰν κατὰ τὸ βούλημα ταύτης ἔχῃς καὶ διεξαγαγῇς, ἔχειν σοι πάντα κατὰ νοῦν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τῷ παντὶ κατὰ νοῦν τὰ ἑαυτοῦ.

μα'. Ὅ,τι ἂν τῶν ἀπροαιρέτων ὑποστήσῃς αὐτῷ ἀγαϑὸν, ἢ κακὸν, ἀνάγκη, κατὰ τὴν περίπτωσιν τοῦ τοιούτου κακοῦ, ἢ τὴν ἀπότευξιν τοῦ τοιούτου ἀγαϑοῦ μέμψασϑαί σε ϑεοῖς, καὶ ἀνϑρώπους δὲ μισῆσαι τοὺς αἰτίους ὄντας, ἢ ὑποπτευομένους ἔσεσϑαι, τῆς ἀποτεύξεως, ἢ τῆς περιπτώσεως· καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ, διὰ τὴν πρὸς ταῦτα διαφοράν. ἐὰν δὲ

Ad Sect. 39. (*ap. Lugd.* 35. *Caſ.* 29. *p.*)

Hanc Sectionem et ſequentem ſervarunt quoque *Vat.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

Οἷς συγκεκλήρωσαι] *Vatic. A.* Τί συγκεκλ. perperam.

τούτοις συνάρμοζε σεαυτόν] τούτοις omittit *Med.* 3. — *Vat.* 5. συναρμόττε.

Ad Sect. 40. (*ap. Lugd.* 36. *Caſ.* 29. *p.*)

σκεῦος πᾶν, εἰ κ. τ. λ.] *Vat.* 2. vitioſe: πᾶν εἰς.

ποιεῖ, εὖ ἔχει. καίτοι ἐκεῖ ὁ κατασκευάσας ἐκποδών.] Verba ποιεῖ — κατασκευάσας deſunt in *Vat.* 3. καίτοι abeſt a *Vatic.* 4. et 5. Pro ποιεῖ *Med.* 2. corrupte: ποιεῖν, idemque c. *Pariſ.* et *Med.* 3. perperam: ἐμποδών pro ἐκποδών. — *Med.* 3. pro ἐκεῖ ὁ κατασκ. dat: ἐκεῖνο ὁ κατασκ. κ. τ. λ. haud abſurde. Etiam *Menag.* malebat: ἐκεῖνα ὁ κατασκ. Vereor tamen, ne ἐκεῖνο illud librarii emendationi debeamus.

ἐὰν κατὰ τὸ βούλημα ταύτης ἔχῃς καὶ διεξαγα-

39. Quibus forte addictus es rebus, iis te adcommoda, et quibuscum conjunctus es hominibus, eos amore eoque vero, fac, profequaris.

40. Organum, inſtrumentum, vas quodlibet, ſi id, ad quod conditum eſt, praeſtat, bene habet: quamquam ibi, qui condiderat, opifex jam abiit. In iis vero, quae a natura continentur, intus eſt et permanet, quae ea condidit, vis. Proinde et magis illam vereri te oportet, atque exiſtimare, ſi ſecundum illius voluntatem te habueris degerisque, omnia tibi ex animi ſententia habere: ſic et Univerſo ex animi ſui ſententia ſe ſua habent.

41. Si quid illorum, quae arbitrii tui non ſunt, bonum malumve eſſe praeſumſeris, non poterit non fieri, quin, ubi iſtiusmodi vel in malum incideris, vel bono excideris, Deos incuſes et oderis homines, qui horum alterius tibi vel auctores fuerint, vel etiam, ut ſuſpicaris, futuri ſint. Et profecto multum peccamus, quod illarum rerum

γαγῆς] Mire variant in his verbis Codd. MSS. Articulum τὸ ante βούλημα ignorant *Vat.* 2. 3. 4. 5. 6. — κατὰ vero *Med.* 2. et *Pariſ.* — tum porro *Vat.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.* ταύτης διεξάγης (*Med.* 1. 2. διεξαγάγης, et 4. διεξαγῆς) *Guelf.* διεξάγης, *Vat. A.* ταύτης αὐτὸν διεξάγης. — *Xyl.* 1. et *Arg.* διεξαγάγῃς.

ἔχειν σοι πάντα] Omnes Edd., praeter *De Jol.*, ἔχει σοι πάντα. At haud cunctanter, praeeunte *De Joly*, ex *Vat. A.*, *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Pariſ.* ἔχειν recepi, quod ratio Grammatica poſtulabat. — Mox pro οὕτως *Pariſ.* dabat: οὕτω.

Ad Sect. 41. (*ap. Lugd.* 37. *Caſ.* 30.)

τοῦ τοιούτου κακοῦ ἢ τὴν ἀποστευξιν] Haec verba librarii negligentia et feſtinantia abſunt a *Vat. A.*

καὶ ἀδικοῦμεν δὴ πολλὰ] Pro δὴ *Xyl.* 1., *Arg.* et *Lugd.* δὲ legunt. *Caſ.* et reliquae omnes δή, quod malim.

ἀγα-

δὲ μόνα τὰ ἐφ' ἡμῖν ἀγαθὰ καὶ κακὰ κρινῶμεν, οὐδεμία αἰτία καταλείπεται, οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι, οὔτε πρὸς ἄνθρωπον στῆναι στάσιν πολεμίου.

μβ'. Πάντες εἰς ἓν ἀποτέλεσμα συνεργοῦμεν, οἱ μὲν εἰδότως καὶ παρακολουθητικῶς, οἱ δὲ ἀνεπιστάτως. ὥσπερ καὶ τοὺς καθεύδοντας, οἶμαι, ὁ Ἡράκλειτος ἐργάτας εἶναι λέγει, καὶ συνεργοὺς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων. ἄλλος δὲ κατ' ἄλλο συνεργεῖ· ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὁ μεμφόμενος, καὶ ὁ ἀντιβαίνειν πειρώμενος, καὶ ἀναιρεῖν τὰ γινόμενα. καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἔχρῃζεν ὁ κόσμος. λοιπὸν οὖν σύνες εἰς τίνας ἑαυτὸν κατατάσσεις· ἐκεῖνος μὲν γὰρ πάντως σοι καλῶς χρήσεται ὁ τὰ ὅλα διοικῶν, καὶ παραδέξεταί σε εἰς μέρος τι τῶν συνεργῶν καὶ συνεργητικῶν. ἀλλὰ σὺ μὴ τοιοῦτο μέρος γένῃ, οἷος ὁ εὐτελὴς καὶ γελοῖος στίχος ἐν τῷ δράματι, οὗ Χρύσιππος μέμνηται.

μγ'. Μήτι ὁ ἥλιος τὰ τοῦ ὑετοῦ ἀξιοῖ ποιεῖν; μήτι ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ τῆς καρποφόρου; τί δὲ τῶν ἄστρων ἕκαστον, οὐχὶ διάφορα μὲν, συνεργὰ δὲ πρός τ' αὐτόν;

μδ'. Εἰ

ἀγαθὰ καὶ κακὰ κρινῶμεν] Haud dubitavi, pro κινῶμεν, quod in omnibus Edd. legebatur, ex veriſſima *Gatak.* conjectura κρινῶμεν edere. *De Joly* tamen ad h. l.: „*Gatak.* κρινῶμεν legit, ſed κινῶμεν ſtare poteſt.„ Quae Adnotatio, quibus argumentis defendi poſſit, viderit ipſe *De Joly*.

στῆναι στάσιν πολεμίου] *Caſaubon.* conjiciebat: πολέμου. At vulgaris praeſtat. Eodem ſenſu φιλοσόφου στάσις, ἰδιώτου στάσις etc. apud *Arrian.* in Diſſ. Epict. occurrit.

Ad Sect. 42. (*ap. Lugd.* 38. *p. Caſ.* 31. *p.*)

οἱ δὲ ἀνεπιστάτως] *Gatak.* ad h. l.: „Forſan ἀνεπιστήτως.„ Hoc vero vocabulum an unquam occurrat, dubito.

rum noſtra intereſt. Quodſi ea ſola bona malaque cenſuerimus, nulla jam ſupererit alia cauſſa, cur Deum accuſemus aut contra homines inimici partes geramus.

42. Omnes ad unum eundemque effectum operam conferimus, alii ſcientes ac intelligentes, alii, quid faciant, inſcii: quemadmodum et dormientes Heraclitus, opinor, operarios eſſe dixit et conferre ad ea, quae in mundo fiunt. Alius vero alio modo hoc opus adjuvat: ex abundanti vero et is, qui quiritatur et iis reniti conatur, quae in mundo fiunt, eaque tollere: nam et talibus mundo opus erat. Caeterum igitur cogita, quorum in numerum tu te referas. Ille quidem, qui rerum univerſitatem adminiſtrat, omnino bene te utetur, atque te in partem operariorum, eorumque, quae operi conducunt, recipiet: tu vero cave pars talis ſis, qualis in fabula vilis et ridiculus verſus, cujus meminit Chryſippus.

43. Numquid Sol Pluviae munus ambit? aut Frugiferae Aeſculapius? Quid ſiderum quaeque? nonne, etiamſi diverſa, idem tamen opus adjuvant?

44. Si

bito. ἀνεπιστάτως autem ſatis bene habet, quod vel *Polybius* docere poteſt. Cf. *Schweighaeuſeri* Lexic. Polyb.

καὶ ὁ ἀντιβαίνειν πειρώμενος] *Xyl.* 1. corrupte: ἀνταβαίνειν.

καὶ γὰρ τοῦ τοιούτου ἔχρησεν κ. τ. λ.] *Menagius* conj. καὶ γὰρ καὶ τοιούτου — n. n.

Ad Sect. 43. (*ap. Lugd.* 38. *p. Caſ.* 31. *p.*)

Μήτι ὁ ἥλιος κ.τ.λ.] *Menagius*, qui ſibi perſuaſerat, h. l. eſſe verſus poetae cujusdam, fortaſſe *Euripidis*, interrogabat, an ſic legi poſſent:

Μήτι τὰ ὑετοῦ ἥλιος ἀξιοῖ ποιεῖν;
Μήτι δὲ ποιεῖν τὰ καρποφόρου Ἀσκληπιός;

Ad

μδ'. Εἰ μὲν οὖν ἐβουλεύσαντο περὶ ἐμαῦ καὶ τῶν ἐμοὶ συμβῆναι ὀφειλόντων οἱ θεοί, καλῶς ἐβουλεύσαντο· ἄβουλον γὰρ θεὸν οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. κακοποιῆσαι δέ με διὰ τίνα αἰτίαν ἔμελλον ὁρμᾷν; τί γὰρ αὐτοῖς, ἢ τῷ κοινῷ, οὗ μάλιστα προνοοῦνται, ἐκ τούτου περιεγένετο; εἰ δὲ μὴ ἐβουλεύσαντο κατ' ἰδίαν περὶ ἐμοῦ, περί γε τῶν κοινῶν πάντως ἐβουλεύσαντο, οἷς κατ' ἐπακολούθησιν καὶ ταῦτα συμβαίνοντα, ἀσπάζεσθαι καὶ στέργειν ὀφείλω. εἰ δ' ἄρα περὶ μηδενὸς βουλεύονται, πιστεύειν μὲν οὐχ ὅσιόν, ἢ μηδὲ θύωμεν, μηδὲ εὐχώμεθα, μηδὲ ὀμνύωμεν, μηδὲ τἆλλα πράσσωμεν, ἅπερ ἕκαστα ὡς πρὸς παρόντας καὶ συμβιοῦντας τοὺς θεοὺς πράσσομεν. εἰ δὲ ἄρα περὶ μηδενὸς τῶν καθ' ἡμᾶς βουλεύονται, ἐμοὶ μὲν ἔξεστι περὶ ἐμαυτοῦ βουλεύεσθαι. ἐμοὶ δέ ἐστι σκέψις περὶ τοῦ συμφέροντος· συμφέρει δὲ ἑκάστῳ, τὰ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν καὶ φύσιν· ἡ δὲ ἐμὴ φύσις λογικὴ καὶ πολιτική· πόλις καὶ πατρίς, ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ, ὁ κόσμος. τὰ ταῖς πόλεσιν οὖν ταύταις ὠφέλιμα, μόνα ἐστί μοι ἀγαθά.

με'. Ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, ταῦτα τῷ ὅλῳ συμφέρει· ἤρκει τοῦτο· ἀλλ' ἔτι ἐκεῖνο, ὡς ἐπίπαν ὄψει παρα-

φυ-

Ad Sect. 44. (*ap. Lugd.* 39. *p. Caſ.* 32. *p.*)

ἔμελλον ὁρμᾷν] *Menag.* conjiciebat: ἔμελλεν. At vulgaris recte habet: pluralis numerus referendus eſt ad *Deos*, et confirmatur ſequenti αὐτοῖς.

ἢ μηδὲ θύωμεν κ. τ. λ.] Omnes Edd. ἢ μηδὲ θ., pro quo ἢ totius loci ſenſus poſtulat,

44. Si quidem igitur Dii de me, iisque, quae mihi eveniunt, conſuluerunt, bene conſuluerunt: etenim conſilii expertem Deum nec cogitare facile eſt: ut autem male faciendi conſilium caperent, quaenam eos cauſſa impuliſſet? quid enim aut ipſis aut Univerſo, cujus maxime curam gerunt, inde accederent? Sin de me privato nihil, de rebus Univerſi certe conſuluerunt: ex quibus quum et ea, quae mihi eveniunt, neceſſario conſequantur, amplecti haec debeo atque diligere. Sin vero de nulla prorſus re conſuluerunt; quod tamen credere nefas eſt; profecto neque ſacrificemus, neque preces fundamus, neque jurejurando utamur, neque alia faciamus, quae facimus omnia tanquam praeſentibus Diis et nobiscum una viventibus. Sin vero de nulla rerum mearum conſuluerunt, mihi licet, de me ipſo conſilium capere. Mea autem deliberatio ad id, quod utile eſt, ſpectat: utile vero cuique eſt, quod naturae et conſtitutioni ejus conſentaneum eſt: natura autem mea rationalis eſt, et civitatis amans: civitas et patria mihi, quatenus Antoninus ſum, Roma, quatenus homo ſum, mundus: his igitur civitatibus, quae utilia ſunt, et mihi ſunt bona.

45. Quaecunque unicuique eveniunt, ea Univerſo proſunt: hoc ſuffecerit: verum et illud [adjiciatur], quod quum

lat, quod igitur haud cunctanter reponere auſus ſum.

εἰ δὲ ἄρα περὶ μηδενὸς τῶν καθ' ἡμᾶς βουλεύονται] Omnes Edd. dabant: — τῶν καθ' ἡμῶν. Ex *Vat. A.* autem recepi καθ' ἡμᾶς, quod jam *Reisk.* ſubtilitas conjecerat. Eodem ſenſu *Arrian.* Diſſ. Ep. III, 22, 13. ſcripſit: τὰ κατὰ σαυτόν.

Ad

φυλάξας, ὅσα ἀνθρώπῳ * ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. κοινότερον δὲ νῦν τὸ συμφέρον ἐπὶ τῶν μέσων λαμβανέσθω.

μξ'. Ὥσπερ προσίσταταί σοι τὰ ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ καὶ τοῖς τοιούτοις χωρίοις, ὡς ἀεὶ τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς, προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ· τοῦτο καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ βίου πάσχειν. πάντα γὰρ ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν. μέχρι τίνος οὖν;

μξ'. Ἐννόει συνεχῶς παντοίους ἀνθρώπους, καὶ παντοίων μὲν ἐπιτηδευμάτων, παντοδαπῶν δὲ ἐθνῶν, τεθνεῶτας· ὥστε κατιέναι τοῦτο μέχρι Φιλιστίωνος, καὶ Φοίβου, καὶ Ὀργανίωνος. μέτιθι νῦν ἐπὶ τὰ ἄλλα φῦλα. ἐκεῖ δὲ μετοικιλεῖν ἡμᾶς δεῖ, ὅπου τοσοῦτοι μὲν δεινοὶ ῥήτορες, τοσοῦτοι δὲ σεμνοὶ φιλόσοφοι, Ἡράκλειτος, Πυθαγόρας, Σωκράτης· τοσοῦτοι δὲ ἥρωες πρότερον· τοσοῦτοι δὲ ὕστερον στρατηγοὶ, τύραννοι· ἐπὶ τούτοις δὲ Εὔδοξος, Ἵππαρχος, Ἀρχιμήδης, ἄλλαι φύσεις ὀξεῖαι, μεγαλόφρονες, φιλόπονοι, παντοῦργοι, αὐθάδεις· αὐτῆς τῆς ἐπικήρου καὶ ἐφημέρου τῶν ἀνθρώ-

Ad Sect. 45. (ap. Lugd. 39. p. Caſ. 32. p.)

ὅσα ἀνθρώπῳ * ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις] Locum hunc mutilatum opinor, quod asteriſco indicavi. *Gatak.* pro ἢ ἑτέροις legendum putabat: καὶ ἑτέροις, et *Menag.* poſt ἀνθρώποις excidiſſe συμβαίνει ſuſpicabatur. Neque tamen video, quid his Emendationibus proficiatur. Rectius, ni fallor, *Caſaub.*: — ὅσα ἑκάστῳ συμβαίνει, πάντα τῷ αὐτῷ συμφέρει ὡς ἀνθρώπῳ ἢ ἑτέροις ἀνθρώποις. Hanc igitur conjecturam in Translatione lat. expreſſi.

Ad Sect. 46. (ap. Lugd. 40. p. Caſ. 33. p.)

Ὥσπερ προσίσταταί σοι τὰ ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ καὶ τοῖς κ. τ. λ.] Ὥσπερ ex *Xyl.* 1., *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* revocavi, pro quo in *Arg.* (ni fallor, jam in *Baſ.*) *Gat.*

quum animum adverteris, ubique deprehendes, quaecunque homini [eveniant, ea vel ipſi] vel aliis hominibus [eſſe utilia]. Vocabulum *utilis* autem hoc loco ſenſu vulgari de rebus mediis intelligendum eſt.

46. Quemadmodum te taedio adficiunt, quae in amphitheatro et ejusmodi locis ſpectantur, quippe eadem ſemper ejusdemque generis quae ſpectas, ſpectandi ſatietatem adferunt, idem te in tota vita pati neceſſe eſt: cuncta enim ſurſum deorſum eadem et ex iisdem; quousque igitur?

47. Adſiduo conſidera, omnis generis omniumque tam ſtudiorum quam nationum homines eſſe mortuos: deſcende hoc modo usque ad Philiſtionem, Phoebum, Origanionem: jam ad alias claſſes te transfer. Eodem concedere nos oportet, quo tot oratores diſerti, tot philoſophi venerabiles, Heraclitus, Pythagoras, Socrates, tot heroes priſci, tot poſtea imperatores, tyranni, Eudoxus praeterea, Hipparchus, Archimedes, alii porro acutis praediti ingeniis, magnanimis, laborioſis, verſutis, arrogantibus, ipſi denique vitae hujus caducae et in diem durantis ſubſannatores, Menippus

Gat. et reliquis ὅςπερ legitur, nullo ſenſu. Pro τὰ ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ caeterae Edd. omnes dabant: τὰ ἀμφὶ τῷ θεάτρῳ. Illud vero haud cunctanter ex *Vat. A.* recepi, quamquam *De Joly* ne verbo quidem hujus lectionis mentionem fecerat.

καὶ ἐπὶ ὅλου τοῦ βίου πάσχειν] Exſpectaveram πάσχεις. Sed omnes Edd. in πάσχειν conſentiunt. Nec ex *Vat. A.* varietatis quidquam enotatum erat; reliqui igitur πάσχειν in textu, quum utcunque ferri poſſe videatur.

Ad Sect. 47. (*ap. Lugd.* 40. *p. Caſ.* 33. *p.*)

καὶ Ὀριγανίωνος] *Reiskius*, neſcio cur, malebat: Ὀργανίωνος aut Ὀριγένους.

αὐτῆς τῆς ἐπικήρου κ. τ. λ.] *Reisk.* „pro αὐτῆς f. leg. αὖ τις.„ n. n.

ἀνθρώπων ζωῆς χλευασταί, οἷον Μένιππος καὶ ὅσοι τοιοῦτοι. περὶ πάντων τούτων ἐννόει, ὅτι πάλαι κεῖνται· τί οὖν τοῦτο δεινὸν αὐτοῖς; τί δαὶ τοῖς μηδ' ὀνομαζομένοις ὅλως; ἓν ὧδε πολλοῦ ἄξιον, τὸ μετ' ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης εὐμενῆ τοῖς ψεύσταις καὶ ἀδίκοις διαβιοῦν.

μή. Ὅταν εὐφρᾶναι σεαυτὸν θέλῃς, ἐνθυμοῦ τὰ προτερήματα τῶν συμβιώντων. οἷον, τοῦ μὲν, τὸ δραστήριον· τοῦ δὲ τὸ αἰδῆμον· τοῦ δὲ τὸ εὐμετάδοτον· ἄλλου δὲ ἄλλο τι. οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐφραίνει, ὡς τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀρετῶν, ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων, καὶ ἀθρόα ὡς οἷόν τε συμπίπτοντα. διὸ καὶ πρόχειρα αὐτὰ ἐκτέον.

μθ'. Μήτι δυσχεραίνεις, ὅτι τοσῶνδε τινῶν λιτρῶν εἶ, καὶ οὐ τριακοσίων; οὕτω δὲ καὶ ὅτι μέχρι τοσῶνδε ἐτῶν βιωτέον σοι, καὶ οὐ μέχρι πλείονος· ὥσπερ γὰρ τῆς οὐσίας, ὅσον ἀφώρισταί σοι στέργεις, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου.

ν'. Πειρῶμεν πείθειν αὐτούς. πράττε δὲ, καὶ τῶν ἀκόντων, ὅταν τῆς δικαιοσύνης ὁ λόγος οὕτως ἄγῃ. ἐὰν μέντοι βίᾳ τις προσχρώμενος ἐνίστηται, μετάβαινε ἐπὶ τὸ εὐάρεστον καὶ ἄλυπον, καὶ συγχρῶ εἰς ἄλλην ἀρετὴν τῇ κωλύσει·

τί δαὶ τοῖς κ. τ. λ.] δαὶ cum *Xyl.* 1. et *Arg.* dedi pro καὶ, quod caeterae Editiones conſtanter tenent. *Reiskius* emendabat: τί δὲ καὶ τ.

τοῖς ψεύσταις καὶ ἀδίκοις] *Vatic. A.* corrupte: — ἀδίκως.

Ad Sect. 48. (*ap. Lugd.* 41. *Caſ.* 34.)

ἐμφαινόμενα τοῖς ἤθεσι τῶν συζώντων] Haec verba perperam omittit *Vatic. A.*

Ad Sect. 49. (*ap. Lugd.* 42. *Caſ.* 35.)

ὅτι τοσῶνδε τινῶν λιτρῶν — μέχρι τοσῶνδε ἐτῶν βιοτέον] Caeterae Edd.: τοσῶν δὲ τινῶν — τοσῶν δὲ ἐτῶν. — Ego vero *Gatak.* ſententiam amplexus τοσῶνδε utroque loco edere non dubitavi.

nippus ejusque generis alii. Quos omnes jam dudum occubuisse memento: quid inde illis mali? quid porro iis, quorum ne nomina quidem supersunt? Unum igitur istic est, quod pluris sit aestimandum, ut veritatem justitiamque ipse colens erga mendaces et injustos benevolum te praestes.

48. Oblectare te si quando libet, virtutes eorum, qui tecum vivunt, cogita, ut hujus alacritatem in negotiis obeundis, illius verecundiam; alterius munificentiam, alterius aliam aliquam: nihil enim animum ita oblectat, ut virtutum imagines in moribus eorum, quibuscum vivimus, expressae et confertim sese oculis offerentes: quare et in promptu tibi sint.

49. Numquid tot pondo nec trecentorum te esse aegre fers? nec itaque, quod tot annos, nec plures, victurus es, [animo iniquo feras]. Sicut enim materiae, sic et temporis, quantum tibi adsignatum est, tanto contentus sis oportet.

50. Conemur iis persuadere: sed ipsis etiam invitis facito, quod justitiae ratio exigit: quod si quis tamen vi adhibita tibi obsistit, ad aequanimitatem et tranquillitatem te transfer, eoque, quod obstat, ad aliam virtutem exer-

 cendam

tavi. Posteriori loco *Arg.* — ἐτῶν τῶν, operarum, ni fallor, errore.

ὅσον ἀφώρισταί σοι στέργεις] *Xyl.* 1. στέργοις. *Arg.* et reliquae recte στέργεις.

Ad Sect. 50. *(ap. Lugd.* 43. *Cas.* 36.)

Πειρῶμεν πείθειν αὐτούς.] *Reisk.* conjecit: πειρώμεθα. Qua tamen emendatione non admodum opus esse videtur: nam non solum *Homerus* Il. τ, v. 30, sed etiam *Lucian.* de Luctu 4. pag. 283. Vol. II. ed. *Schmiederi* πειρᾶν cum Infinitivo construxit.

καὶ τῶν ἀκόντων] Cum *Menag.* καὶ αὐτῶν ἀκόντων legendum arbitror, nisi malis cum *Reisk.* καὶ πάντων ἀκόντων.

ὅτι

λύσει· καὶ μέμνησο ὅτι μεθ' ὑπεξαιρέσεως ὁρμᾷς, ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὀρέγου. τίνος οὖν; τῆς τοιᾶσδέ τινος ὁρμῆς. τούτου δὲ τυγχάνεις· ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτα γίνεται.

να'. Ὁ μὲν Φιλόδοξος ἀλλοτρίαν ἐνέργειαν ἴδιον ἀγαθὸν ὑπολαμβάνει· ὁ δὲ Φιλήδονος, ἰδίαν πεῖσιν· ὁ δὲ νοῦν ἔχων, ἰδίαν πρᾶξιν.

νβ'. Ἔξεστι περὶ τούτου μηδὲν ὑπολαμβάνειν, καὶ μὴ ὀχλεῖσθαι τῇ ψυχῇ· αὐτὰ γὰρ τὰ πράγματα οὐκ ἔχει φύσιν ποιητικὴν τῶν ἡμετέρων κρίσεων.

νγ'. Ἔθισον σεαυτὸν πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγόμενον γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως, καὶ ὡς οἷόν τε ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ λέγοντος γίνου.

νδ'. Τὸ τῷ σμήνει μὴ συμφέρον, οὐδὲ τῇ μελίσσῃ συμφέρει.

νε'. Εἰ κυβερνῶνται οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύονται οἱ κάμνοντες, κακῶς ἔλεγον; ἄλλῳ τίνι ἂν προσεῖχον, ἢ πῶς αὐτὸς

ὅτι καὶ τῶν ἀδυνάτων οὐκ ὀρέγου.] Pro ὅτι καὶ *Gatak.* et *Menag.* malebant: καὶ ὅτι. — Pro ὀρέγου iidem ὠρέγου reſcribendum putarunt. Malim tamen cum *Reiskio* et *Moro*: ὀρέγῃ.

τίνος οὖν; τῆς τοιᾶσδέ τινος ὁρμῆς· τούτου τυγχάνεις· ἐφ' οἷς προήχθημεν, ταῦτα γίνεται.] Lectio vulgaris h. l. utcunque ferri poſſe videtur, ſi modo cum *Caſaub.* et ex *Gatak.* ſententia pro τοίας δέ τινος ὁρμῆς, ut nos fecimus, τοιᾶσδέ τινος ὁρμῆς ſcribitur, ut δε h. l. ſit encliticum, non conjunctivum, et poſt τυγχάνεις punctum majus collocatur, quod jam a *Caſaubono* factum video. — Caeterum *Gat.*: — κἂν ἐφ' οἷς προήχθημεν ſ. potius προήχθης, ταῦτα μὴ ſ. ταῦτ' οὐ γίνεται reſcribendum putabat. *Reisk.* vero, quippe audacior, ita: τινὸς οὖν; τῶν δυνατῶν· ἀπὸ τῆς τοίας δέ τινος ὁρμῆς τοῦ τοιοῦδε τυγχάνεις κ. τ. λ.

Ad Sect. 51. *(ap. Lugd.* 44. *p. Gat.* 37.)

ἰδίαν πεῖσιν] *Menagius* ma-

cendam utere: memento etiam, te cum exceptione hoc opus aggreſſum, nec ea voluiſſe, quae fieri non poſſunt: quid igitur [voluiſti]? ut tale agendi conſilium habeas: hunc et adſequeris: ad quae nati ſumus, ea fiunt.

51. Gloriae cupidus in aliena actione bonum ſuum ſitum opinatur: voluptati deditus in adfectione, qua ipſe adficitur: vir prudens in ſua ipſius actione.

52. Licet de hac re nihil opinari, neque animo perturbari: res enim ipſae non ejus ſunt naturae, ut judicia noſtra cogere poſſint.

53. Adſueſce iis, quae ab aliis dicuntur, animum ſedulo adhibere, et quantum poteris, in dicentis animo ineſſe.

54. Quod examini non prodeſt, nec api prodeſt.

55. Nautae ubi gubernatori et aegroti ubi medico traduntur, num iis male dicunt? num ad aliud quid animum

malebat πῆσιν, quod an Graecum ſit, vehementer dubito.

Sectio 52. *(ap. Lugd.* 44. *p. Caſ.* 38.*)*

Ad Sect. 53. *(ap. Lugd.* 45. *Caſ.* 39.*)*

πρὸς τὸ ὑφ' ἑτέρου λεγόμενον γίνεσθαι ἀπαρενθυμήτως] λεγόμενον, praeeunte *De Joly*, dedi ex *Vatic. A.* pro λεγομένῳ, quod caeterae Edd. conſtanter tenent. Mox vero *Vat. A.* depravate: ἀπαρενθυμήτων. *Menag.* conjiciebat: ἀπαρενθύμητος. n. n.

Sectio 54. *(ap. Lugdun.* 46. *Caſ.* 40.*)*

Ad Sect. 55. *(ap. Lugd.* 47. *Caſ.* 41.*)*

Εἰ κυβερνῶνται κ. τ. λ.] Hunc locum ſic dedit *Xyl.*: εἰ κυβερνῶνται οἱ ναῦται, ἢ ἰατρεύονται οἱ κάμνοντες κακῶς ἔλεγον, ἄλλῳ τίνι ἂν προσεῖχον, ἢ πῶς αὐτὸς ἐνεργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι σωτήριαν, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν; *Guilielmus Canterus* autem in Nov. Lectt. VII, c. 1. pag. 408. ſq. ed. Antverp. a. 1571. legendum eſſe docuerat: κυβερνῶντα et ἰατρεύοντα. Quam emendatio-

τὸς ἐνεργοίη, τὸ τοῖς ἐμπλέουσι σωτήριον, ἢ τὸ τοῖς θεραπευομένοις ὑγιεινόν;

νς'. Πόσοι μεθ' ὧν εἰςῆλθον εἰς τὸν κόσμον, ἤδη ἀπεληλύθασιν.

νζ'. Ἰκτεριῶσι τὸ μέλι πικρὸν φαίνεται· καὶ λυσσοδήκτοις τὸ ὕδωρ φοβερόν· καὶ παιδίοις τὸ σφαιρίον καλόν. τί οὖν ὀργίζομαι; ἢ δοκεῖ σοι ἔλασσον ἰσχύειν τὸ διεψευσμένον ἢ τὸ χολίον τῷ ἰκτεριῶντι, καὶ ὁ ἰὸς τῷ λυσσοδήκτῳ;

νή. Κατὰ τὸν λόγον τῆς σῆς φύσεως, βιοῦν σε οὐδεὶς κωλύσει· παρὰ τὸν λόγον τῆς κοινῆς φύσεως, οὐδέν σοι συμβήσεται.

νθ'. Οἷοί εἰσιν, οἷς θέλουσιν ἀρέσκειν, καὶ δι' οἷα περιγινόμενα, καὶ δι' οἵων ἐνεργειῶν· ὡς ταχέως ὁ αἰὼν πάντα καλύψει, καὶ ὅσα ἐκάλυψεν ἤδη.

dationem quum probaſſet *Gatak.* poſt προσεῖχον ſignum interrogandi poſuit, et in margine monuit legendum eſſe συβεργῶντα et ἰατρεύοντα, vulgata ſcilicet in contextu, quem vocant, relicta. Ego vero mihi perſuadere non potui, hanc emendationem, ſatis ingenioſam, admodum neceſſariam eſſe, ſi modo locus hic ita interpungitur, quemadmodum praeeunte *Caſaub.* eum conſtitui.

Ad Sect. 56. (*ap. Lugd.* 48. *Caſ.* 42.)

Πόσοι — ἀπεληλύθασιν.] *Vat. A.* ὅσοι habet pro πόσοι. — *Reisk.* in fine malebat: ἤδη προαπεληλύθασιν. n. n.

Ad

mum advertunt, quam quomodo ille navigantibus ſalutem, aegrotantibus ſanitatem paret?

56. Quam multi eorum, quibuscum in mundum intraveram, ex eo jam exceſſerunt!

57. Aurigine adfectis mel amarum videtur, et iis, qui a rabido cane morſi ſunt, aqua formidini eſt: pueris pila res pulchra videtur. Quid igitur iraſcor? An minus valere putas mentis errorem, quam apud aquatum bilem, apud lymphaticum virus?

58. Quo minus ſecundum naturae tuae rationem agas, nemo prohibebit: contra naturae communis rationem vero nihil tibi eveniet.

59. Quales ſunt, quibus placere ſtudent, et quo operae pretio et quibus officiis! Quam cito aevum omnia abscondet! immo quam multa jam abscondidit!

Ad Sect. 57. (*ap. Lugd.* 49. *p. Caſ.* 43. *p.*)

παιδίοις τὸ σφ. καλ. τί οὖν ὀργίζ.] Pro παιδίοις *Arg.* operarum errore παιδίος, et pro οὖν *Caſ.* νῦν exhibet.

ἢ δοκεῖ σοι κ.τ.λ.] Hunc locum *Reisk.* ſic emendandum putabat: ἢ δοκεῖ σοι τὸ κρίμα ſ. δόγμα ἔλασσον ἰσχύειν τῷ διεψευσμένῳ. Ingenioſe.

Sect. 58. (*ap. Lugdun.* 49. *p. Caſ.* 43. *p.*)

Ad Sect. 59. (*ap. Lugd.* 50. *Caſ.* 44.)

καὶ δι' οἷα περιγινόμενα] *Vat. A.* vitioſe: καὶ δι' οἷα οἱ τὰ (*ſic*) περιγινόμενα.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Τῶν εἰς ἑαυτὸν
ΒΙΒΛΙΟΝ ζ'.

α'. Τί ἐστι κακία; τοῦτ' ἔστιν, ὃ πολλάκις εἶδες· καὶ ἐπὶ παντὸς δὲ τοῦ συμβαίνοντος πρόχειρον ἔχε, ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ πολλάκις εἶδες. ὅλως ἄνω κάτω τὰ αὐτὰ εὑρήσεις, ὧν μεσταὶ αἱ ἱστορίαι αἱ παλαιαὶ, αἱ μέσαι, αἱ ὑπόγυιοι· ὧν νῦν μεσταὶ αἱ πόλεις καὶ οἰκίαι. οὐδὲν καινόν· πάντα καὶ συνήθη καὶ ὀλιγοχρόνια.

β'. Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύνανται νεκρωθῆναι, ἐὰν μὴ αἱ κατάλληλοι αὐτοῖς Φαντασίαι σβεσθῶσιν; ἃς διηνεκῶς ἀναζωπυρεῖν ἐπί σοί ἐστι· δύναμαι περὶ τούτου, ὃ δεῖ, ὑπολαμβάνειν. εἰ δύναμαι, τί ταράσσομαι; τὰ ἔξω τῆς ἐμῆς διανοίας οὐδὲν ὅλως πρὸς τὴν ἐμὴν διάνοιαν· τοῦτο πάθε, καὶ ὀρθὸς εἶ. ἀναβιῶναί σοι ἔξεστιν· ἴδε πάλιν τὰ πράγματα, ὡς ἑώρας· ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ἀναβιῶναι.

γ'. Πομ-

Ad Librum VII.

Inſcriptio hujus, ut et ceterorum librorum, deeſt in *Vat. A.*

Ad Sect. 1. *(ap. Lugd.* 1. *p. Caſ.* 1.)

Τί ἐστι κακία;] *Vat. A.* perperam: τουτέστι κακία.

πάντα καὶ συνήθη καὶ ὀλιγοχρόνια] Ita quidem cum *Vat. A.* edere haud dubitavi, quod jam *Caſ.* ex conjectura fecerat, et *Menag.*, *Gatak.* aliique commendarunt. *De Joly*: πάντα συνήθη καὶ ὀλιγοχρόνια edidit.

Ad

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
COMMENTARIORUM, QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,
LIBER SEPTIMUS.

1. Quid eſt vitioſitas? Id, quod ſaepe vidiſti. Quidquid vero acciderit, hoc tibi in promptu ſit, eſſe id, quod ſaepe videris: omnino ſurſum deorſum eadem deprehendes, quorum refertae ſunt hiſtoriae priſcae, mediae, recentes, quibusque et urbes et domus nunc ſcatent: nihil novi: omnia et uſitata et brevi durantia tempore.

2. Decreta qua alia ratione aboleri poſſunt, quam cogitationibus, quae iis reſpondent, exſtinctis? quas quidem ut continentur ſuſcites in tua ſitum eſt poteſtate. Poſſum, quod oportet, de hac re opinari: ſi poſſum, quid animo perturbor? Quae extra mentem ſita ſunt: nihil ad mentem meam [valent]. Sic adfectus ſis, et rectus eris. Reviviſcere tibi licet: intuere denuo res, quemadmodum [prius] eas intuitus es: hoc enim eſt reviviſcere.

Ad Sect. 2. (ap. Lugdun. 1. Caſ. 2. p.)

Τὰ δόγματα πῶς ἄλλως δύναται κ. τ. λ.] *Vatic. A.* ἢ τὰ δόγματα πῶς γὰρ ἄλλως δύν.

κατάλληλοι] In Vulgar. eſt κατάλληλαι. Veram formam, adſtipulante *Vat. A.*, praeeuntibus Edd. *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui.

ἄς] Ita *Vat. A.* rectius pro vulgari ὡς; illud jam *Gatak.* conjecerat; *Caſ.* cum *Oxon.* et *De Joly* ediderunt.

ἀναβιῶναί σε ἔξ.] Ab his verbis incipit *Sect.* 3. in *Caſ.*; haud male.

Ad

γ'. Πομπῆς νεκροπουδία, ἐπὶ σκηνῆς δράματα, ποίμνια, ἀγέλαι, διαδορατισμοὶ, κυνιδίοις ὀστάριον ἐρριμμένον, ψωμίον εἰς τὰς τῶν ἰχθύων δεξαμενὰς, μυρμήκων ταλαιπωρίαι, καὶ ἀχθοφορίαι, μυϊδίων ἐπτοημένων διαδρομαὶ, σιγιλλάρια νευροσπαστούμενα· χρὴ οὖν ἐν τούτοις εὐμενῶς μὲν καὶ μὴ καταφρυαττόμενον ἑστάναι· παρακολουθεῖν μέν τοι, ὅτι τοσούτου ἄξιος ἕκαστός ἐστιν, ὅσου ἄξιά ἐστι ταῦτα περὶ ἃ ἐσπούδακεν.

δ'. Δεῖ κατὰ λέξιν παρακολουθεῖν τοῖς λεγομένοις, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρμὴν τοῖς γινομένοις. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου, εὐθὺς ὁρᾶν, ἐπί τινα σκόπον ἡ ἀναφορά· ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου, παραφυλάσσειν, τί τὸ σημαινόμενον.

ε'. Πότερον ἐξαρκεῖ ἡ διάνοιά μου πρὸς τοῦτο, ἢ οὔ; εἰ μὲν ἐξαρκεῖ, χρῶμαι αὐτῇ πρὸς τὸ ἔργον, ὡς ὀργάνῳ παρὰ τῆς τῶν ὅλων Φύσεως δοθέντι. εἰ δὲ μὴ ἐξαρκεῖ, ἤτοι παραχωρῶ τοῦ ἔργου τῷ δυναμένῳ κρεῖττον ἐπιτελέσαι, ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ· ἢ πράσσω ὡς δύναμαι, προσπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κατὰ πρόσχρησιν τοῦ ἐμοῦ ἡγεμονικοῦ ποιῆσαι τὸ εἰς τὴν κοινωνίαν νῦν καίριον καὶ χρήσιμον.

Ad Sect. 3. (*ap. Lugdun.* 2. *Caſ.* 3. *p.*)

ποίμνια, ἀγέλαι] *Reche* mal. ποικιλαὶ ἀγλαΐαι. Verum cf. Commentar. ad h. l.

δεξαμενὰς] In *Gatak.* eſt δεξαμένας. Monuit tamen in margine Editor, legendum eſſe δεξαμενὰς.

μὴ καταφρυαττόμενον ἑστάναι] Sic *Vat. A.*, (non, ut *de Joly* perhibet: μὴ ναὶ σοὶ καταφρ. ἑστάναι) quem ſecutus ſum. Ceterae Edd. μὴ φρυαττόμενον ἑστάναι. Malit fortaſſe aliquis μὴ καταφραττόμενον ἑστάναι, *non tanquam vallo ab aliis ſeparatum conſiſtere.*

Ad Sect. 4. (*ap. Lugdun.* 3. *Caſ.* 4.)

τοῖς λεγομένοις, κ. κ. ἑκ. ὁρμ. τοῖς γινομένοις. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ κ. τ. λ.] Ar-

3. Inane pompae ſtudium, fabulae ſcenicae, greges, armenta, velitationes, offiſculum catulis projectum, offula in piſcinam injecta, formicarum aerumnae et bajulationes, muſculorum perterritorum diſcurſus, ſigillaria verticillis commota — [haec vitae ſumma]! In his igitur benevolo placidoque animo conſiſtere oportet, et intelligere tamen, tanti quemquam eſſe, quanti illud ſit, in quo ſtudium poſuerit.

4. In ſermone iis, quae dicuntur, in agendi impetu iis, quae fiunt, animum advertas oportet, ita quidem, ut hic intelligas, quem ad finem referantur, illic vero, quid ſignificent.

5. Sufficitne ingenium meum ad hanc rem, nec ne? Si ſufficit, eo tanquam inſtrumento a natura mihi dato, ad rem efficiendam utor, ſin minus, aut opus hoc illi concedo, qui me melius id efficere poteſt; niſi hoc omnino me dedecet, aut ipſe pro virili perago, adſcito mihi auxiliario, qui mentis meae opera adjutus id efficere poteſt, quod ad ſocietatem humanam hoc ipſo tempore tempeſti-

vum

Articulum τοῖς ante γινομένοις ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui. *Gat.* ceteraeque perperam eundem omiſerunt. *Vatic. A.* omnia turbat, inſerendo poſt λεγομένοις verba: ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου.

καὶ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου, εὐθὺς ὁρᾷν κ. τ. λ.] Omnia hic recte ſe habent, nec audiendus eſt *Gat.*, qui haec loco ſuo mota putat. *Ad Sect.* 5. (*cap. Lugdun.* 4. *Caſ.* 5.)

ἐπιτελέσαι, ἐὰν ἄλλως τοῦτο μὴ καθήκῃ· ἢ πράσσω κ. τ. λ.] Fateor, mihi hunc locum eſſe ſuſpectum. *Aeg. Menag.* emendabat μοι pro μή; haud male. Aptior tamen videtur *Reisk.* emendatio: — ἐπιτελέσαι, ἢ, ἐὰν ἄλλῳ τοῦτο μὴ καθήκῃ, πράσσω κ. τ. λ.

σιμον. ὅ,τι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτοῦ, ἢ σὺν ἄλλῳ ποιῶ, ὧδε μόνον χρὴ συντείνειν, εἰς τὸ κοινῇ χρήσιμον καὶ εὐάρμοστον.

ς'. Ὅσοι μὲν πολυΰμνητοι γενόμενοι, ἤδη λήθῃ παραδέδονται; ὅσοι δὲ τούτους ὑμνήσαντες πάλαι ἐκποδών;

ζ'. Μὴ αἰσχύνου βοηθούμενος· πρόκειται γάρ σοι ἐνεργεῖν τὸ ἐπιβάλλον, ὡς στρατιώτῃ ἐν τειχομαχίᾳ. τί οὖν ἐὰν σὺ μὲν χωλαίνων ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν ἀναβῆναι μόνος μὴ δύνῃ, σὺν ἄλλῳ δὲ δυνατὸν ἤ τοῦτο;

η'. Τὰ μέλλοντα μὴ ταρασσέτω. ἥξεις γὰρ ἐπ' αὐτὰ, ἐὰν δεήσῃ, φέρων τὸν αὐτὸν λόγον, ᾧ νῦν πρὸς τὰ παρόντα χρᾷ.

θ'. Πάντα ἀλλήλοις ἐπιπλέκεται καὶ ἡ σύνδεσις ἱερά, καὶ σχεδόν τι οὐδὲν ἀλλότριον ἄλλο ἄλλῳ. συγκατατέτακται γὰρ, καὶ συγκοσμεῖ τὸν αὐτὸν κόσμον. κόσμος τε γὰρ εἷς ἐξ ἁπάντων, καὶ Θεὸς εἷς διὰ πάντων, καὶ οὐσία μία, καὶ νόμος

ὅ,τι γὰρ ἂν δι' ἐμαυτοῦ κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* ὅτι γὰρ ἂν κ. τ. λ. In ceteris rectius ὅ,τι γὰρ κ. τ. λ.

εὐάρμοστον] In *Gatak.* operarum vitio: εὐάμοστον expreſſum eſt.

Ad Sect. 6. (*ap. Lugdun.* 5. *Caſ.* 5. *p.*)

παραδέδονται] In *Lugd.* primum editum eſt παραδίδονται. Hinc in *Caſ.* et *Oxon.* manavit.

Ceterum *Xyl.* hanc periochen a librario aliunde interjectam cenſet, quia quae ſ. 7. ſequuntur, eodem pertinent, quo priora illa ſ. 5. „Verum nihil obſtat, obſerv. *Gat.*, quo minus a *Marco* [*Anton.*] ipſo ita fuerint digeſta, qui, prout in mentem nunc haec nunc illa venerant, chartis illinere ſolemne habuit.„

Ad Sect. 7. (*ap. Lugdun.* 6. *Caſ.* 5. *p.*)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

τὸ

vum et utile eſt: quidquid enim vel per me vel cum alio facio, id eo tantum dirigendum eſt, ut communi ſocietati utile et conſentaneum ſit.

6. Quam multi, qui celebres admodum fuerunt, jam oblivioni traditi ſunt! Quam multi eorum, qui illos celebrarunt, e medio ſublati!

7. Auxilii ne te pudeat: tibi enim eſt propoſitum, ut, quod tuum eſt, facias, perinde ac militi in murorum oppugnatione: quid igitur, ſi tu claudicans ad propugnaculum adſcendere nequeas, ab altero autem adjutus poſſis?

8. Futuris noli perturbari: accedes enim ad ea, ſi ita opus fuerit, ratione eadem inſtructus, qua nunc ad praeſentia uteris.

9. Omnia ſibi invicem implexa ſunt et ſacro quodam vinculo devincta, ut nihil fere alterum ab altero ſit alienum: certo enim ordine diſpoſita ſunt et mundum exornant: unus enim mundus ex omnibus, unus Deus in omnibus,

τὸ ἐπιβάλλον] *Vatic.* 2. τὸ ᾽πιβάλλον. *Vatic.* 6., *Med.* 1. 2., *Pariſ.* et *Guelf.* τοὐπιβάλλον. *Vat.* 5. τὸ ὑπιβάλλον.

ὡς στρατιώτῃ] *Med.* 2. 3. et *Pariſ.* στρατιώτης, perperam.

χωλαίνων] *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Pariſ.* χωλεύων; ſenſu eodem.

σὺν ἄλλῳ δὲ δυνατὸν ἢ τοῦτο] *Reiske* putat τὸ δὲ tollendum et aut σ. ἄλλῳ δυν. ἢ τοῦτο, aut σ. ἄ. δυνατὸς ἧς τοῦτο ποιεῖν.

Ad Sect. 9. *(ap. Lugdun.* 8. *Caſ.* 7. *p.)*

κόσμος τε γὰρ εἷς ἐξ ἁπάντων] In prioribus Edd. erat: κ. τ. εἷς διὰ ἁπάντων. Meliorem lectionem ex *Vatic. A.* recepi, in quo κόσμος τε γὰρ εἰς [immo εἷς] ἐξ ἁπάντων. Nec igitur neceſſaria eſt emendatio *Menag.*: διὰ πάντων reponentis.

καὶ Θεὸς εἷς διὰ πάντων] Copulat. καὶ ex *Xyl.* 1., *Arg.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui. *Gat.* et reliquae eam omittunt.

καὶ

νόμος εἷς, λόγος κοινὸς πάντων τῶν νοερῶν ζώων, καὶ ἀλήθεια μία· εἴγε καὶ τελειότης μία τῶν ὁμογενῶν, καὶ τοῦ αὐτοῦ λόγου μετεχόντων ζώων.

ί. Πᾶν τὸ ἔνυλον, ἐναφανίζεται τάχιστα τῇ τῶν ὅλων οὐσίᾳ· καὶ πᾶν αἴτιον, εἰς τὸν τῶν ὅλων λόγον τάχιστα ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα ἐγκαταχώννυται τῷ αἰῶνι.

ια'. Τῷ λογικῷ ζώῳ ἡ αὐτὴ πρᾶξις κατὰ φύσιν ἐστὶ, καὶ κατὰ λόγον.

ιβ'. Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος;

ιγ'. Οἷόν ἐστιν ἐν ἡνωμένοις τὰ μέλη τοῦ σώματος, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ἐν διεστῶσι τὰ λογικὰ, πρὸς μίαν τινὰ συνεργίαν κατεσκευασμένα. μᾶλλον δέ σοι ἡ τούτου νόησις προσπεσεῖται, ἐὰν πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις λέγῃς, ὅτι μέλος εἰμὶ τοῦ ἐκ τῶν λογικῶν συστήματος. ἐὰν δὲ [διὰ τοῦ ῥῶ στοιχείου] μέρος εἶναι ἑαυτὸν λέγῃς, οὔπω ἀπὸ καρδίας φιλεῖς τοὺς ἀνθρώπους· οὔπω σε καταληπτικῶς εὐφραίνει τὸ εὐεργετεῖν· ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ ψιλὸν ποιεῖς· οὔπω ὡς αὐτὸν εὖ ποιῶν.

ιδ'. Ὁ

καὶ νόμος εἷς, λόγος κοινὸς κ. τ. λ.] *Menagius* emendat: καὶ νόμος εἷς, εἷς λόγος κοινὸς κ. τ. λ., quod profecto vulgari melius, nisi λόγ. κοινὸς etc. sit appositio τοῦ νόμου.

Ad Sect. 10. (*ap. Lugdun.* 9. *Caſ.* 7. *p.*)

ἀναλαμβάνεται· καὶ παντὸς μνήμη τάχιστα] Haec verba *Vat. A.* perperam omittit. Duplex τάχιστα ſine dubio errandi anſam praebuit librario.

Sectio 11. (*ap. Lugdun.* 10. *Caſ.* 8. *p.*)

Ad Sect. 12. (*ap. Lugd.* 11. *p. Caſ.* 8. *p.*)

Ὀρθὸς, ἢ ὀρθούμενος;] Coll. III, 5. interrogandi ſignum pro puncto majori repoſui.

bus, una materia, una lex, ratio omnibus animantibus ratione praeditis communis, et una veritas; si quidem et una est perfectio omnium animantium, quae ejusdem sunt generis ejusdemque participia rationis.

10. Quidquid est materiae, id in universi materiam communem quam celerrime evanescit; et quidquid caussae est, id in omnium rerum Rationem quam celerrime recipitur: memoria denique rei cujusque quam celerrime in aevo quasi sepelitur.

11. Animali ratione praedito eadem actio est et secundum naturam et secundum rationem.

12. Rectusne, an erectus?

13. Quam rationem in unitis corporibus membra habent, eandem in disitis obtinent ea, quae ratione sunt praedita, ad unam quandam actionem nata. Hoc eo magis animum tuum tanget, si saepius tibi dixeris: *membrum* sum ejus, quod ex ratione praeditis compositum est, corporis: Quamdiu autem te *partem* illius duntaxat dicis, homines ex animo nondum diligis: hoc ipsum benefacere per se nondum te delectat: adhuc tanquam quod fieri decet, hoc facis, nondum perinde, ac si tibi ipsi benefacis.

14. Quid-

posui. *Cas.* autem, *Upton.* ad *Arrian.* I, 28, 21. et *Reche* malebant: μὴ ὀρθούμενος, sensu quidem eodem. Malit tamen fortasse aliquis haec cum praecedentibus conjungere et ὀρθὸν ἢ ὀρθούμενον legere.

Ad Sect. 13. (*ap. Lugd.* 11. *p. Cas.* 9.)

διὰ τοῦ ῥῶ στοιχείου] Haec verba, sine dubio ex adnotatione marginali orta et postea textui illata, quod jam *Gat.* observaverat, uncis inclusi.

οὔπω σε καταληπτικῶς εὐφραίνει κ.τ.λ.] *Gat.* malebat καταληκτικῶς coll. IX. s. 42. At vulgaris defendi potest, coll. V, 6.

ἔτι ὡς πρέπον αὐτὸ κ. τ. λ.] *Vat. A.* perperam: ἔτι εἰ ὡς πρ.

Ad

ιδ'. Ὃ θέλει, ἔξωθεν προσπιπτέτω τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προσπτώσεως ταύτης δυναμένοις. ἐκεῖνα γὰρ, ἐὰν θελήσῃ, μέμψεται τὰ παθόντα· ἐγὼ δὲ, ἐὰν μὴ ὑπολάβω, ὅτι κακὸν τὸ συμβεβηκὸς, οὔπω βέβλαμμαι. ἔξεστι δέ μοι μὴ ὑπολαβεῖν.

ιε'. Ὅ,τι ἄν τις ποιῇ ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ ἀγαθὸν εἶναι. ὡς ἂν εἰ ὁ χρυσὸς, ἢ ὁ σμάραγδος, ἢ ἡ πορφύρα τοῦτο ἀεὶ ἔλεγεν, ὅ,τι ἄν τις ποιῇ, ἢ λέγῃ, ἐμὲ δεῖ σμάραγδον εἶναι, καὶ τὸ ἐμαυτοῦ χρῶμα ἔχειν.

ις'. Τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνόχλει, οἷον λέγω, οὐ φόβει ἑαυτὸ [εἰς ἐπιθυμίαν]. εἰ δέ τις ἄλλος αὐτὸ φοβῆσαι ἢ λυπῆσαι δύναται, ποιείτω. αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ ὑπολῃπτικῶς οὐ τρέψει εἰς τοιαύτας τροπάς. τὸ σωμάτιον μὴ πάθῃ τι, αὐτὸ μεριμνάτω, εἰ δύναται, καὶ λεγέτω, εἴ τι πάσχει· τὸ δὲ ψυχάριον, τὸ φοβούμενον, τὸ λυπούμενον, τὸ περὶ τούτων ὅλως

Ad Sect. 14. (*ap. Lugd.* 12. *Caſ.* 10.)

τοῖς παθεῖν ἐκ τῆς προσπτώσεως κ. τ. λ.] *Vatic. A.* τοῖς πάθεσιν ἐκ τῆς προσπτώσ. κ. τ. λ. perperam. In *Lugd.* προσεπιπτώσεως.

Ad Sect. 15. (*ap. Lugd.* 13. *Caſ.* 11.)

Ὅ,τι ἄν τις ποιῇ κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Lugd.* et *Gat.* ὅτι ἄν κ. τ. λ. At *Arg.*, *Caſ.*, *Oxon.* caeteraeque melius: ὅ,τι ἄν τις κ. τ. λ.

ὅ,τι ἄν τις ποιῇ κ. τ. λ.] Sic primus edidi, prout jam *Gat.* et *Menag.* emendaverant, pro vulgari ὅ,τις ἂν ποιῇ, ſecutus ſcilicet veſtigia *Vat. A.*, in quo: ὅ ἄν τις ποιῇ κ. τ. λ. reperitur.

Ad Sect. 16. (*ap. Lugd.* 14. *Caſ.* 12. 13. *p.*)

Aptius mihi quidem videbatur, hanc Sectionem cum priori conjungere. Nolui tamen nimium a priorum Editorum auctoritate discedere, quod ſemel iterumque monuiſſe ſat erit.

Τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνόχλει, οἷον λέγω, οὐ φόβει ἑαυτὸ [εἰς ἐπιθυμίαν]] Sic primus edidi et diſtinxi pro vulgari: τὸ ἡγεμονικὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνοχλεῖ· οἷον λέγω, οὐ φοβεῖ ἑαυτὸ εἰς ἐπιθυμίαν. In *Va-*

14. Quidquid velit, extrinſecus accidant iis, quae ejusmodi caſibus adfici poſſunt: illa enim, quae adfecta ſunt, conquerantur, ſi velint: Ego vero ſi malum non cenſeo, quod accidit, neque laedor: licet autem hoc non opinari.

15. Quidquid faciat vel dicat quisquam, me probum eſſe oportet: haud aliter, quam ſi aurum aut ſmaragdus aut purpura hoc ſemper diceret: quidquid vel faciat vel dicat quisquam, me ſmaragdum eſſe oportet nitoremque meum retinere.

16. Principalis animi pars ne ſe ipſam perturbet, nec in triſtitiam ſe demittat: ſi autem quis alius eam aut terrere aut ei dolorem afferre poteſt, faciat: ipſa enim nulla opinione talibus ſibi dabit motibus, corpuſculum ne quid patiatur, ſibi curae habeat, ſi poteſt, et, ſi quid patitur, conqueratur: animus vero, qui et timet et dolet et de his omni-

Vatic. A. nihil discriminis a vulgari eſt, praeterquam quod pro τὸ ἡγεμονικὸν αὐτὸ exhibet: τὸ ἡγεμονικὸν τοῦτο. Quum vero vulgaris defendi non poſſit, nili, quod *Gat.* voluit, poſt ἐνοχλεῖ et deinde poſt ἐπιθυμίαν ſ. ἀθυμίαν ſignum interrogandi collocas et nihilominus, hac emendatione admiſſa, nimis durum ſit, pro totius orationis contextu, haud vereor, ne nimis audax alicui videar, quod ἐνόχλει et φόβει in Imperat. modo reſcripſi, et εἰς ἐπιθυμίαν tanquam e nota marginali orta et perperam textui illata uncis tanquam ſpuria deſigna-

vi, quae jam *Morus* tollenda cenſuit. Supereſt, ut Conjecturas ab aliis prolatas paucis recenſeam. *Boot.* ſic emendat: Τὸ ἡγεμ. αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἐνοχλεῖ; οἷον λ., οὐ φοβεῖ ἑαυτὸ; οὐ λυπεῖ; εἰς ἐπιθυμίαν οὐ κινεῖ; *Salmaſ.*: - - φοβεῖ ἑαυτὸ; οὐκ ἄγει εἰς ἀθυμίαν (ſ. λειποθυμίαν); (omiſſa voce λέγω.) *Caſ.*: οὐ φοβεῖ ἑαυτὸ, οὐκ ἄγει εἰς ἀθυμίαν (ſ. ἐπιθυμίαν).

εἴ τι πάσχει· τὸ δὲ ψυχ.] *Vat. A.* perperam: εἰ τὸ πάσχει τόδε ψυχ.

τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπολαμβάνον] *Reisk.* malebat: τὸ περὶ τῶν ὅλων ὑπολαμβάνον.

ὅλως ὑπολαμβάνον, οὐδὲν μὴ πάθῃ· οὐ γὰρ ἔξεις αὐτὸ εἰς κρίσιν τοιαύτην· ἀπροσδεές ἐστιν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, τὸ ἡγεμονικὸν, ἐὰν μὴ ἑαυτῷ ἔνδειαν ποιῇ· κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ἀτάραχον, καὶ ἀνεμπόδιστον, ἐὰν μὴ ἑαυτὸ ταράσσῃ καὶ ἐμποδίζῃ.

ιζ'. Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς [ἢ ἀγαθόν.]· τί οὖν ὧδε ποιεῖς, ὦ Φαντασία; ἀπέρχου, τοὺς θεούς σοι, ὡς ἦλθες· οὐ γὰρ χρήζω σου. ἐλήλυθας δὲ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἔθος. οὐκ ὀργίζομαί σοι· μόνον ἄπιθι.

ιή. Φοβεῖταί τις μεταβολήν; τί γὰρ δύναται χωρὶς μεταβολῆς γενέσθαι; τί δαὶ φίλτερον ἢ οἰκειότερον τῇ τῶν ὅλων Φύσει; σὺ δὲ αὐτὸς λούσασθαι δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ξύλα μεταβάλῃ; τραφῆναι δὲ δύνασαι, ἐὰν μὴ τὰ ἐδώδιμα μεταβάλῃ; ἄλλο δὲ τί τῶν χρησίμων δύναται συν-

οὐ γὰρ ἔξεις αὐτὸ εἰς κρ. τ.] Locus sine dubio corruptus. *Xyl.* legisse videtur: οὐδὲ γὰρ ἔξις αὐτῷ εἰς κρ. τ. *Salmas.* emendabat: εἰ οὐκ ἄξεις ſ. παρέξεις αὐτὸ εἰς κρ. τ. *Cas.* τὸ περὶ τούτων ὅλως ὑπολαμβάνον οὐδὲν, οὐδὲν ἂν πάθῃ· (vel οὐδὲ μὴ πάθῃ·) οὐδὲ γὰρ ἄξεις εἰς κρ. τ. *Salmasium* in Translat. lat. secutus sum.

ἀπροσδεές ἐστιν κ. τ. λ.] In *Casaub.* operarum errore ἀπροδεές ἐστιν κ. τ. λ. Hic ap. *Cas.* incipit Sect. 13.

Ad Sect. 17. (*ap. Lugd.* 15. *Cas.* 13. *p.*)

Εὐδαιμονία ἐστὶ δαίμων ἀγαθὸς [ἢ ἀγαθόν]·] Verba ἢ ἀγαθόν, quae e glossemate ἢ ἀγαθὸν ἡγεμονικὸν orta et perperam textui illata videntur, ut spuria, quod jam *Morus* perspecte viderat, uncis inclusi. *Gatak.* post ἀγαθὸν addi malebat ἡγεμονικόν, et *Cas.* emendat: ἢ ἀγαθῶν, *bonum faciens.* *Uptonus* ad *Arriani* Diss. Epict. III, 1, 36.: ἢ ἀγαθόν τι.

τί οὖν ὧδε ποιεῖς κ. τ. λ.] *Morus* malebat: τί οὖν ὧδε σοὶ ποιεῖς, ὦ Φαντασία, πολλοὺς ſ. ἄλλους θεούς; Ἀπέρχου, ὡς ἦλθες h. ſ. *Felicitas* (i. e. animi tranquillitas) *est numen propitium. Quid ergo, phantasia, plura tibi numina creas?* (v. c. honores, opes) *Discede, ut veneras.* — Eodemque fere sensu *Reche* verba ita transponenda putabat: τί οὖν ὧδε ποιεῖς, ὦ Φαντασία, τοὺς θεούς

omnino opinatur, nihil mali patietur, niſi eum in judicium iſtiusmodi demiſeris. Nullius rei per ſe indigens eſt, niſi ipſa indigentiam ſibi facit: hinc et perturbatione vacat, nec impediri poteſt, niſi ſe ipſe perturbat et impedit.

17. Felicitas eſt bonus genius. Quid ĩgitur hic facis, phantaſia? Abi, per Deos oro, uti acceſſiſti: nihil enim te opus habeo: conſuetudine autem priſca acceſſiſti: nec ſuccenſeo tibi: abi tantum.

18. Mutationem quis metuit? Quid enim fieri poteſt ſine mutatione? Quid porro gratius aut familiarius univerſi naturae? ipſe num balneo uti potes, niſi ligna mutentur? num ali, niſi nutrimentis mutatis? numquid aliud utile perfici poteſt ſine mutatione? non igitur vides ean-

θεούς σοι; — Verum nihil temere h. l. mutandum. Vid. Comment. ad h. l.

Ad Sect. 18. (*ap. Lugd.* 16. *p. Caſ.* 14. *p.*)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med. Flor.* 1. 2. 3., *Pariſ.* et *Guelf.*

Φοβεῖταί τις μεταβολήν;] τις omittit *Vat.* 6. — τὴν μεταβολὴν *Vatic.* 2. et 3. Sed praeſtat vulgaris.

τί γὰρ δύναται κ. τ. λ.] τί δὲ δύναται *Vat.* 2. 4. 5. 6., *Med. Flor.* 1. 2. 3., *Pariſ.* et *Guelf.*, quod, quamquam ſpecioſum, praeferas cave. Vid. Comment.

τί δαὶ φίλτερον κ. τ. λ.] *Med. Flor.* 1. 2. 3., *Pariſ.* et *Guelf.* τί δὲ φίλτερον, quod eodem fere redit. *Vatic. A.* perperam: τὸ δὲ φίλτερον κ. τ. λ.

Ad Sect. 41. (*ap. Lugd.* 35. 36. *Caſ.* 36.)

ἔστι δέ τι ἄλλο ὁμοίως κ. τ. λ.] *Reisk.* f. ἐστὶ δ' ἔτι τὶ καὶ ἄλλο ὁμοίως κ. τ. λ. Nec tamen vulgatum ſpernendum, quam-

σκευῆς. οὕτως τοίνυν ἐμποδισμὸς νοῦ, κακὸν νοερᾶς Φύσεως. πάντα δὴ ταῦτα ἐπὶ σεαυτὸν μετάφερε. πόνος, ἡδονὴ ἅπτεταί σου; ὄψεται ἡ αἴσθησις. ὁρμήσαντι ἔνστημα ἐγένετο; εἰ μὲν ἀνυπεξαιρέτως ὥρμας, ἤδη ὡς λογικοῦ κακόν. εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις, οὔπω βέβλαψαι, οὐδὲ ἐμπεπόδισαι. τὰ μέν τοι τοῦ νοῦ ἴδια οὐδεὶς ἄλλος εἴωθεν ἐμποδίζειν· τούτου γὰρ οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐ τύραννος, οὐ βλασφημία, οὐχ ὁτιοῦν ἅπτεται· ὅταν γένηται σφαῖρος, κυκλοτερὴς μένει.

μβ'. Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἐμαυτὸν λυπεῖν, οὐδὲ γὰρ ἄλλον πώποτε ἑκὼν ἐλύπησα.

μγ'. Εὐφραίνει ἄλλον ἄλλο· ἐμὲ δὲ, ἐὰν ὑγιὲς ἔχω τὸ ἡγεμονικὸν, μὴ ἀποστρεφόμενον, μήτε ἄνθρωπόν τινα, μήτε τι τῶν ἀνθρώποις συμβαινόντων· ἀλλὰ πᾶν εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς ὁρῶντα καὶ δεχόμενον, καὶ χρώμενον ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν.

μδ'. Τοῦτον ἰδοὺ τὸν χρόνον σεαυτῷ χαρίσαι· οἱ τὴν ὑστερο-

quamquam facile *Reiskio* concedo, illam conjecturam veri ſpeciem prae ſe ferre.

εἰ μὲν ἀνυπεξαιρέτως ὥρμας κ. τ. λ.] Exſpectaveram cum *Reisk.* ὁρμᾶς. — Verum non variat h. l. *Vat. A.*

ἅπτεται· ὅταν γένηται σφαῖρος, κυκλοτερὴς μένει.] *Gatak.* vertit, quaſi legiſſet: ἅπτεται, ὅταν γένηται σφαῖρ' ὡς κυκλοτερής. At vulgarem ſollicitare nolim.

Ad Sect. 42. (*ap. Lugd.* 37. *p. Caſ.* 37. *p.*)

Οὐκ εἰμὶ ἄξιος κ. τ. λ.] Ed. *Xyl.*, *Arg.* et *Lugd.* operarum errore — εἰ μὴ pro εἰμὶ dabant.

Ad Sect. 43. (*ap. Lugd.* 37. *p. Caſ.* 37. *p.*)

μήτε ἄνθρωπόν τινα, μήτε τι τῶν ἀνθρώποις συμβαινόντων] Superiores Edd. omnes: μήτε ἄνθρωπόν τινα, μήτε τῶν ἀνθρώπ. συμβ. — Quamquam vero nihil varietatis h. l. ex Cod. *Vat. A.* adnotatum video, neutiquam tamen dubitavi, ex veriſſima *Adnot. Lugd.* conjectura poſt μήτε inſerere τι ante τῶν ἀνθρ. συμ-

malum ſit: ſic mentis quoque impedimentum naturae mente praeditae impedimentum eſt: haec jam tu omnia ad te transfer. Dolor et voluptas tangit te? Viderit ſenſus! Conſilio tuo obſtitit aliquid? ſi quidem ſine exceptione hoc moliebaris, tuum jam, quatenus ratione praeditus es, malum eſt: ſin in univerſum, quod ratio jubet, moliebaris, nec laeſus es, nec impeditus: mentis ſane quidem quae propria ſunt, nemo impedire ſolet: hanc enim nec ignis nec ferrum nec tyrannus nec criminatio, nec aliud quidquam tangere poteſt: ſphaera cum ſit, teres atque rotunda manet.

42. Indignum eſt, me mihi ipſi dolorem afferre, qui nullum unquam alium lubens laeſerim.

43. Alios alia oblectant: me ſi animi partem principalem habeo ſanam nec hominem nec humanum quidquam averſantem, ſed, quidquid evenit, benigno vultu adſpicientem et accipientem et ſingulis pro dignitate utentem.

44. Tempus, quod adeſt, tibi fac impertias: qui famam

συμβαιν. Eandemque conjecturam comprobari video a *Schweighaeuſero*, V. Cl. ad *Arrian.* Diſſ. Epict. III, 5, 14. — Caeterum *Reisk.* malebat μήτε ἀνθρώπων τινὰ μήτε τῶν ἀνθρώποις συμβ. — *Upton.* ad *Arrian.* l. l. transponi malebat τὸ τινὰ, et ſic quidem: μήτε ἄνθρωπον, μήτε τινὰ τῶν ἀνθρώποις κ. τ. λ. — Praeterea malim: τῶν τοῖς ἀνθρώποις συμβ.

ὁρῶντα καὶ δεχόμενον] *Caſ.* et *Oxon.* ὁρῶν τε καὶ δεχόμενον, quod et *Reisk.* malebat. Id quoque poſcere videtur grammatica ratio: praecedit enim τὸ ἡγεμονικόν. Hinc et *Gatak.* monuit ſcribendum eſſe: ὁρῶν καὶ δεχόμενον. Malim profecto *Caſ.* lectionem: poteſt tamen et vulgaris lectio defendi, ita ut ὁρῶντα uſurpatum h. l. dicamus κατὰ σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον, ſcil. λόγον. Cf. *Uptoni* Obſ. de h. l. ad *Arriani* l. l.

Ad Sect. 44. *(ap. Lugd.* 38. *Caſ.* 38.)

Τοῦτον ἰδοὺ τὸν χρόνον σεαυτῷ χαρίσαι.] Haec verba ignorat *Vat. A.* —

ὑστεροφημίαν μᾶλλον διώκοντες, οὐ λογίζονται, ὅτι ἄλλοι τοιοῦτοι μέλλουσιν ἐκεῖνοι εἶναι, οἷοί εἰσιν οὗτοι οὓς βαροῦνται· κἀκεῖνοι δὲ θνητοί. τί δὲ ὅλως πρὸς σὲ, ἂν ἐκεῖνοι φωνοῖς τοιαύταις ἀπηχῶσιν, ἢ ὑπόληψιν τοιαύτην περί σου ἔχωσιν.

με'. Ἆρόν με καὶ βάλε ὅπου θέλεις. ἐκεῖ γὰρ ἔξω τὸν ἐμὸν δαίμονα ἵλεων, τοῦτ' ἔστιν, ἀρκούμενον εἰ ἔχοι καὶ ἐνεργοίη κατὰ τὸ ἐξῆς τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ. ἆρα τοῦτο ἄξιον, ἵνα δι' αὐτὸ κακῶς μου ἔχῃ ἡ ψυχὴ, καὶ χεῖρον ἑαυτῆς ᾖ, ταπεινουμένη, ὀρεγομένη, συνδυομένη, πτυρομένη; καὶ τί εὑρήσεις τούτου ἄξιον;

μς'. Ἀνθρώπῳ οὐδενὶ συμβαίνειν τι δύναται, ὃ οὐκ ἔστιν ἀνθρωπικὸν σύμπτωμα· οὐδὲ βοΐ, ὃ οὐκ ἔστι βοϊκόν· οὐδὲ ἀμπέλῳ, ὃ οὐκ ἔστιν ἀμπελικόν. οὐδὲ λίθῳ, ὃ οὐκ ἔστι λίθῳ ἴδιον. εἰ οὖν ἑκάστῳ συμβαίνει, ὃ καὶ εἴωθεν, καὶ πέφυκεν, τί ἂν δυσχεραίνοις; οὐ γὰρ ἀφόρητόν σοι ἔφερεν ἡ κοινὴ φύσις.

μζ'. Εἰ

ἰδοὺ depravatum videtur, pro quo quidem *Gatak.* malebat: ἤδη. Ego ἰδὲ velim: quo quidem in ſimili orationis ſerie utitur *Arrian.* Diſſ. Epictet. I, 17, 16.

ὅτι ἄλλοι τοιοῦτοι κ. τ. λ.] *Morus* videtur ἄλλοι ante τοιοῦτοι tollere. At ἄλλος τοιοῦτος ſaepiſſime occurrit, ut ap. *Arrian.* Diſſ. Epict. III, 2, 22. — Quid vero ſecutus ſit *Menag.*, quum ad h. l. adnotaret, fortaſſe ἐκείνου eſſe legendum, prorſus non intelligo.

Ad Sect. 45. (*ap. Lugd.* 39. 40. *p. Caſ.* 39. 40. *p.*)

Ἆρόν με καὶ βάλε ὅπου θέλεις] βάλε ex *Xyl.* 1., *Argent.*, *Lugd*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui. *Gat.* vero et reliquae omnes βάλου dederunt.

κακῶς μου ἔχῃ ἡ ψυχὴ] Articulum ἡ ex *Xyl.*, *Argent.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* reſtitui, quem temere *Gat.* et reliquae Edd. omiſerunt, perſpecte tamen et *Reisk.* et *Morus* reſtituendum *Antonino* monuerunt. — Caeterum et pro μου libenter arripuiſſem μοι, quod

mam posthumam sectantur, non cogitant, alios quosdam ejusmodi fore posteros illos, quales hi sunt, quos nunc gravatim ferunt: et illi mortales sunt: quid vero omnino tua interest, si talibus vocibus illi adstrepant aut ita de te sentiant.

45. Tolle me et quocunque vis projice: ibi enim genio meo utar propitio; id est, contento, si se habet et agit naturae meae convenienter. Num hoc tanti est, ut propterea animus meus male se habeat, et se ipso deterior fiat, depressus scilicet, cupiditate extensus, in semet compressus et consternatus? Quid reperies, quod tanti sit?

46. Homini nihil evenire potest, quod non sit humanum, neque bovi, quod bovis non sit, neque viti, quod non sit vitis, nec lapidi, quod lapidis non sit: si igitur unicuique accidit, quod consuetum et naturae consentaneum est, quid est, quod aegre feras? nihil enim tibi tulit natura communis, quod ferri non possit.

quod et his duumviris placuisse video, si modo Cod. noster hanc lectionem obtulisset.

ταπεινουμένη, ὀρεγομένη, συνδυομένη, πτυρομένη;] *Vatic. A.* ταπεινουμένη, μὴ ὀρεγομένη — vitiose, τῷ μὴ praecedentis verbi perperam duplicato. Pro συνδυομένη, quod vix in alio quodam Scriptore Graeco legitur, *Gatak.* malebat aut συγχεομένη vel συγχυομένη, *confusa*, aut συνδεομένη, una cum corpore constricta. At *Reisk.* in Not. ad h. l.: „συνδυομένη bene habet: *in semet contracta et velut compressa.*„ Nolui igitur absque Codd. meliorum auctoritate textum refingere, quamquam semper de *Reisk.* ratione h. l. interpretandi vehementer dubitavi.

Ad Sect. 46. (*ap. Lugd.* 40. *p. Cas.* 40. *p.*)

ὃ οὐκ ἔστι βοϊκόν·] *Xyl.*, *Lugd.*, *Cas.* et *Oxon.* βοεικόν. At *Argent.* ceteraeque recte: βοϊκόν.

Ad

μζ'. Εἰ μὲν διά τι τῶν ἐκτὸς λυπῇ, οὐκ ἐκεῖνό σοι ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ τὸ σὸν περὶ αὐτοῦ κρίμα. τοῦτο δὲ ἤδη ἐξαλεῖψαι ἐπί σοι ἐστίν. εἰ δὲ λυπεῖ σέ τι τῶν ἐν τῇ σῇ διαθέσει, τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα; ὅμως δὲ καὶ εἰ λυπῇ, ὅτι οὐχὶ τόδε τι ἐνεργεῖς ὑγιές σοι Φαινόμενον, τί οὐχὶ μᾶλλον ἐνεργεῖς, ἢ λυπῇ; ἀλλὰ ἰσχυρότερόν τι ἐνίσταται· μὴ οὖν λυποῦ· οὐ γὰρ παρά σε ἡ αἰτία τοῦ μὴ ἐνεργεῖσθαι. ἀλλὰ οὐκ ἄξιον ζῆν, μὴ ἐνεργουμένου τούτου. ἄπιθι οὖν ἐκ τοῦ ζῆν εὐμενής, ἢ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθνήσκει, ἅμα ἵλεως τοῖς ἐνισταμένοις.

μή'. Μέμνησο, ὅτι ἀκαταμάχητον γίνεται τὸ ἡγεμονικὸν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφὲν ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιοῦντι ὃ μὴ θέλει, κἂν ἀλόγως παρατάξηται. τί οὖν ὅταν καὶ μετὰ λόγου περιεσκεμμένως κρίνῃ περί τινος; διὰ τοῦτο ἀκρόπολίς ἐστιν ἡ ἐλευθέρα παθῶν διάνοια· οὐδὲν γὰρ ὀχυρώτε-

Ad Sect. 47. (*ap. Lugd.* 40. *p. Caſ.* 40. *p.*)

ὅτι οὐχὶ τόδε τι ἐνεργεῖς ὑγιές σοι Φαινόμενον] Monente *Gatakero* ſcripſi τόδε, ubi ceterae Edd. τὸ δὲ exhibent.

ἀλλὰ ἰσχυρότερόν τι ἐνίσταται] *Xyl.* 1. et *Lugd.* vitioſe: ἐνίασται. *Arg.* autem ceteraeque recte: ἐνίσταται.

ἢ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθνήσκει] Locus haud dubie corruptus. *Caſ.*, quem *Oxon.* ſecutus eſt, edidit ex conjectura: εἴγε ἐνεργῶν ὃς ἀποθνήσκει ἅμα ἵλεως (perperam ap. *Caſ.* ἵλεως expreſſum eſt) τοῖς ἐνισταμένοις, *quando et is agit, qui moritur aequus impedientibus.* Ego vero malim aut cum *Gatak.* ἢ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθνήσκει, ἅμα ἵλεως τοῖς ἐνισταμ. *quomodo is ſolet mori, cui agere conceditur*, aut, quod omnium veriſimillimum mihi videtur, cum *Menag.* et *Reisk.* εἰ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθν., quam igitur lectionem in Verſione ſecutus ſum. Eam quoque ſecutus videtur *Xyl.*, qui autem verba, quae ſequuntur, ἅμα ἵλεως ad τὸν ἐνεργοῦντα perperam retulit: ſic enim conſtruenda videntur: ἄπιθι — εὐμενής, (καὶ) ἅμα ἵλεως τοῖς ἐνισταμένοις. — Caeterum

47. Si qua res externa te dolore afficit, non res ipſa, ſed tuum de ea judicium dolore te adficit: hoc autem delere in tua ſitum eſt poteſtate, ſin in animi tui diſpoſitione ineſt, quod dolore te afficit, quis te prohibet, quo minus decretum illud corrigas: pari modo ſi dolore te afficit, quod non facis, quod ſanum tibi videtur, cur non potius facis hoc, quam dolore te afficis? Sed obſtat aliquid potentius. Noli igitur dolere: non enim in te ſita eſt cauſſa nihil agendi. At nullius pretii eſt vivere, niſi hoc actum eſt: aequo igitur animo e vita decede: ([nam] et is, qui agit, moritur) atque propitius iis, qui obſtant.

48. Memento, partem tui principalem fieri inexpugnabilem, quum in ſe collecta ſe ipſa contenta ſit, nihil, quod nolit, faciente, etiamſi ſine ratione obſtinatus agat. Quid ergo, ubi ratione in conſilium adhibita de re aliqua ſententiam fert? Hinc arx quaedam eſt mens perturba-

terum *Vatic. A.* pro ἐνισταμένοις habet: ἐπισταμένοις, perperam.

Ad Sect. 48. (*ap. Lugd.* 41. *Caſ.* 41.)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

μὴ ποιοῦντι ὃ μὴ θέλει] *Med.* 2. et *Pariſ.* (qui fere ubique conveniunt et ex eodem Cod. fluxiſſe, videntur) μὴ ποιοῦντί τι, ὃ μὴ θέλει; haud male. Paullo ante *Med.* 4. pro συστραφὲν exhibet ſimplex στραφέν.

κἂν ἀλόγως παρατάξηται.] *Gat.* operarum errore: — παραταξεται.

τί οὖν ὅταν καὶ μετὰ λόγου περιεσκεμμένως κ. τ. λ.] Pro περιεσκεμμένως *Vat.* 2. 3. 4. 6., *Med.* 1. 2. 3. 4. et *Pariſ.* ſimplex ἐσκεμμένως habent, et poſt λόγου copulativam καὶ addunt *Med.* 1. 2. 4. et *Pariſ.*

ἡ ἐλευθέρα παθῶν διάνοια] *Med.* 3. perperam: ἡ ἐλευθ. πασῶν (*ſic*) διάνοια.

οὐδὲν γὰρ ἰσχυρώτερον ἔχει ἄνθρωπος] *Pariſ.* — ὁ ἄνθρωπος. Mox *Vat. A.* pro ἀνιάλωτος vitioſe: ἀλιάλωτος (*ſic*).

ρώτερον ἔχει ἄνθρωπος, ἐφ' ὃ καταφυγὼν ἀνάλωτος λοιπὸν ἂν εἴη· ὁ μὲν οὖν μὴ ἑωρακὼς τοῦτο, ἀμαθής· ὁ δὲ ἑωρακὼς καὶ μὴ καταφεύγων, ἀτυχής.

μθ'. Μηδὲν πλέον σαυτῷ λέγε, ὧν αἱ προηγούμεναι φαντασίαι ἀναγγέλλουσιν· ἤγγελται, ὅτι ὁ δεινά σε κακῶς λέγει. ἤγγελται τοῦτο. τὸ δὲ, ὅτι βέβλαψαι, οὐκ ἤγγελται· βλέπω, ὅτι νοσεῖ τὸ παιδίον; βλέπω. ὅτι δὲ κινδυνεύει, οὐ βλέπω. οὕτως οὖν μένε ἀεὶ ἐπὶ τῶν πρώτων φαντασιῶν, καὶ μηδὲν αὐτὸς ἔνδοθεν ἐπίλεγε, καὶ οὐδέν σοι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἐπίλεγε, ὡς γνωρίζων ἕκαστα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συμβαινόντων.

ν'. Σίκυος πικρός· ἄφες. βάτοι ἐν τῇ ὁδῷ· ἔκκλινον. ἀρκεῖ. μὴ προσεπείπῃς, τί δὴ καὶ ἐγίνετο ταῦτα ἐν τῷ κόσμῳ; ἐπεὶ καταγελασθήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπου φυσιολόγου, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθείης, καταγινώσκων, ὅτι ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ξέσματα καὶ περιτμήματα τῶν κατασκευαζομένων ὁρᾷς. καί τοι ἐκεῖνοί γε ἔχουσι ποῦ αὐτὰ ῥίψωσιν· ἡ δὲ τῶν ὅλων φύσις, ἔξω οὐδὲν ἔχει· ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστὶν, ὅτι περιορίσασα ἑαυτὴν, πᾶν τὸ ἔνδον διαφθειρέσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἄχρηστον εἶναι δοκοῦν, εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλει, καὶ ὅτι πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐκ τούτων αὐτῶν ποιεῖ· ἵνα μήτε οὐσίας ἔξωθεν χρήζῃ, μήτε ὅπου ἐκβάλῃ τὰ σαπρότερα προσδέηται. ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ τῇ ἑαυτῆς, καὶ ὕλῃ τῇ ἑαυτῆς, καὶ τέχνῃ τῇ ἰδίᾳ.

να'. Μήτε

ὁ μὲν οὖν — ἀμαθής· ὁ δὲ — ἀτυχής] *Guelf.* mendose: ὁ μὴ οὖν μὴ κ. τ. λ. — Pro ἀμαθὴς vero *Paris.* cum *Med.* 2. et 3. perperam ἀτυχὴς, et in fine pro ἀτυχὴς habet εὐτυχής.

Sectio 49. (*ap. Lugd.* 42. *p. Caſ.* 42. *p.*)

Ad Sect. 50. (*ap. Lugd.* 42. *p. Caſ.* 42. *p.*)

μὴ προσεπείπῃς, τί δὴ καὶ ἐγένετο κ. τ. λ.] *Xyl.* 1., *Lugdun.*, *Caſ.* et *Oxon.* — τί δαὶ καὶ ἐγ. — *Arg.* — τί δὲ *(ſic)*

tionibus libera: nihil enim munitius homo habet, quo confugiens ſuperari non poſſit: hoc igitur qui non videt, imperitus eſt; qui videt, nec tamen eo ſe recipit, infelix.

49. Ne quid iis addas, quae viſa primario tibi renunciaverint: nunciatum tibi eſt, illum tibi male dicere: nunciatum eſt hoc, non vero et illud, te laeſum eſſe. Video puerulum aegrotare; hoc video, non autem, eundem vitae discrimen adire. Sic ſemper in primo viſis conſiſte, nec quidquam intus adjice, et nihil tibi accidet, aut potius adjice, ſed ut qui omnia, quae in mundo eveniunt, perſpecta penitus habeas.

50. Amarus eſt cucumis: mitte! vepres in via: declina! ne pergas dicere: quare quaeſo haec in mundo ſunt? Ludibrio enim fores homini ſcientiae naturalis perito, perinde atque fabro et ſutori, ſi vitio ei verteres, quod eorum, quae conficiuntur, ramenta et ſegmenta in officina ejus cerneres: quamquam hi quidem, quo talia projiciant, habent, rerum omnium natura autem extra ſe nihil habet: ſed, quod maxime in hac arte mireris, quum ſe certis terminis circumſcripſerit, quidquid intra ſe corrumpi, ſeneſcere et inutile fieri videtur, in ſe ipſam mutat rurſusque ex his alia nova efficit; ita ut neque materia extra ſe opus habeat, neque, quo putrefacta projiciat, deſideret: itaque contenta manet loco ſuo et materia ſua et arte ſibi propria.

 51. Nec

(ſic) et *Vat. A.* τί δαὶ, omiſſa copulativa καὶ — haud male.

ἀλλὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς τέχνης ταύτης ἐστίν.] Malim pro ταύτης cum *Reisk.* αὐτῆς, ſc. τῆς φύσεως.

μήτε ὅπου ἐκβάλῃ κ. τ. λ.] *Reisk.* „fortaſſe μήτε τόπου, οὗ ἐκβάλῃ κ. τ. λ.„ quam lectionem lubenter arripuiſſem, ſi a Cod. mihi oblata fuiſſet.

ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ κ. τ. λ.] *Vat. A.* mendoſe: ἀρκεῖ τοῦ καὶ χώρᾳ κ. τ. λ.

Ad

ναί. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν· μήτε ἐν ταῖς ὁμιλίαις φύρειν· μήτε ἐν ταῖς φαντασίαις ἀλᾶσθαι· μήτε τῇ ψυχῇ καθάπαξ συνέλκεσθαι ἢ ἐνθόρυσθαι· μήτε ἐν τῷ βίῳ ἀσχολείσθαι. κτείνουσι, κρεανομοῦσι, κατάραις ἐλαύνουσι. τί οὖν ταῦτα πρὸς τὸ τὴν διάνοιαν μένειν καθαρὰν, φρενήρη, σώφρονα, δικαίαν; οἷον εἴ τις παραστὰς πηγῇ διαυγεῖ καὶ γλυκείᾳ, βλασφημοίη αὐτὴν, ἡ δὲ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα· κἂν πηλὸν ἐμβάλῃ, κἂν κοπρίαν, τάχιστα διασχεδάσει αὐτὰ, καὶ ἐκπλύσει, καὶ οὐδαμῶς βαφήσεται. πῶς οὖν; πηγὴν ἀέννaον ἕξεις [καὶ μὴ φρέαρ], ἂν φυλάσσῃς σεαυτὸν πάσης ὥρας ἐλεύθερον μετὰ τοῦ εὐμενῶς, καὶ ἁπλῶς, καὶ αἰδημόνως.

νβ'. Ὁ

Ad Sect. 51. (*ap. Lugd.* 43. *Caſ.* 43.)

πῶς οὖν; πηγὴν ἀέννaον ἕξεις, [καὶ μὴ φρέαρ], ἂν φυλάσσῃς κ. τ. λ.] Ceterae Editiones ſic dabant: πῶς οὖν πηγὴν ἀέννaον ἕξεις, καὶ μὴ φρέαρ; φύου σεαυτὸν κ. τ. λ. — At verba: καὶ μὴ φρέαρ ignorat *Vat. A.* et videntur mihi ex nota marginali, quae inſerviret explicando τῷ πηγὴ ἀέννaος, in textum illata: hinc uncis ea incluſi. Signum vero interrogandi poſt πῶς οὖν ponendum duxi, ut ἂν illud cum ἕξεις referri poſſet.

ἕξεις [καὶ μὴ φρέαρ], ἂν φυλάσσῃς σεαυτὸν πάσης ὥρας ἐλεύθερον μετὰ τοῦ εὐμενῶς κ. τ. λ.] Ceterae Edd. omnes: — φύου (omiſſo ἂν) σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν μετὰ τοῦ εὐμ. κ. τ. λ.] — Ad lectionem φύου *Gatak.* haec adnotavit: „*Compone te*, vertit *Xyl.* — *gigne*, *Caſaub.* [in Verſ. Angl. ſcil. in Translat. lat.: *Perpetuo id age, ut natura duce te ad veram libertatem excolas*, et in Notis monuit, ſe φύε legere, quia φύομαι nusquam ſenſu activo occurreret.] phraſis duriuſcula et Syntaxis inſolens! Itaque ſuſpecta mihi lectio: quam tamen ſi retinere libuerit, quia alia commoda non occurrit, malim vertere: *congenitam et quaſi nativam fac tibi uſu atque induſtria jugi libertatem;* [i. e.] in hoc te aſſiduo exerce, ut virtus quaſi in naturam transeat tibi.„ Haec ille. Quae quidem interpretatio quam dura ſit, omnibusque interpretationis grammaticae praeceptis contraria,

51. Nec in actionibus negligens; nec in congreſſibus turbidus ſis; nec in cogitationibus vagus: animus nec ſubito ſe contrahat, nec gaudio exſiliat, nec in vita otio careat. Occidunt, mactant, diris te devovent. Quid vero haec obſtant, quo minus animus ſit purus, prudens, ſobrius, juſtus? Perinde ac ſi quis fonti limpido ac dulci adſiſtens eum vituperaret, at ille nihilominus non ceſſaret puram aquam ſcaturire: quin et ſi quis lutum injiceret aut ſtercus, cito hoc diſpergeret et elueret, nec vero inquinaretur. Quid igitur? Fontem habebis perennem [non puteum], ſi te ſemper ſervaveris liberum, nec non benevolum, ſimplicem atque verecundum.

traria, non eſt, quod moneamus. — *Marus:* „Deeſt verbum, quod ſignificet: *vindica te.*„ Hinc ego olim: ῥύου σεαυτὸν κ. τ. λ. — *Reiskius:* „aut ἴθυνε legendum hujus verbi loco, aut φέρουσαν, ita ut redeat ad πηγήν. — *Coray*, Vir Doctiſſ., quem honoris cauſa nomino, aut φυσίου σεαυτῷ πάσης ὥρας ἐλευθερίαν, aut φυσίου σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν. — *Reche*, V. D., Χύου εἰς σεαυτὸν πάσης ὥρας ἐλευθερίαν. — Quid multa? omnes in eo conſentiunt, lectionem vulgarem eſſe corruptam: incertiſſimam autem eſſe ex conjecturis Emendationem, vel ex iis, quae appoſui, ſatis apparet. Secutus igitur ſum *Cod. Vat. A.*, qui veſtigia ſaltem verae lectionis mihi ſervaſſe videbatur. Sic enim habet: ἂν φυλάσσεις σεαυτὸν εἰς ἐλεύθερον μετὰ τοῦ κ. τ. λ. Pro φυλάσσεις igitur φυλάσσῃς reſcripſi, poſtulante id Syntaxi τοῦ ἄν, et εἰς ante ἐλεύθερον ejeci, quod ortum debere praecedenti ſyllabae ας mihi perſuaſeram, aut correctioni librarii, qui neſciebat φυλάσσειν σεαυτὸν ἐλεύθερον, ut τηρεῖν σεαυτὸν ἐλεύθερον ſignificare: *locum hominis liberi tueri.* Ne tamen quid diſſimulem, fatendum eſt, *Antoninum* mihi ſic ſcripſiſſe videri: ἂν φυλάσσῃς τὸν πάσης ὥρας ἐλεύθερον κ. τ. λ., et hoc depravatum eſſe ex librariorum pruritu emendandi ea, quae non intelligerent.

μετὰ τοῦ εὐμενῶς καὶ ἁπλῶς καὶ αἰδημόνως.] *Reisk.* malebat: μετὰ τοῦ εὐμενοῦς καὶ ἁπλοῦ καὶ αἰδήμονος.

νβ'. Ὁ μὲν μὴ εἰδὼς ὅ,τι ἔστι κόσμος, οὐκ οἶδεν ὅπου ἐστίν. ὁ δὲ μὴ εἰδὼς πρὸς ὅ,τι πέφυκεν, οὐκ οἶδεν ὅστις ἐστὶν, οὐδὲ τί ἐστι κόσμος. ὁ δὲ ἕν τι τούτων ἀπολιπὼν, οὐδὲ πρὸς ὅ,τι αὐτὸς πέφυκεν εἴποι. τίς οὖν φαίνεταί σοι ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον * φεύγων ἡδίων, ἢ οἱ οὐδ' ὅπου εἰσὶν, οὔτε οἵ τινές εἰσι γινώσκουσι;

νγ'. Ἐπαινεῖσθαι θέλεις ὑπὸ ἀνθρώπου, τρὶς τῆς ὥρας ἑαυτῷ καταρωμένου; ἀρέσκειν θέλεις ἀνθρώπῳ, ὃς οὐκ ἀρέσκει ἑαυτῷ; ἀρέσκει ἑαυτῷ, ὁ μετανοῶν ἐφ' ἅπασι σχεδὸν οἷς πράσσει;

νδ'. Μηκέτι μόνον συμπνεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλὰ ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοερῷ. οὐ γὰρ ἧττον ἡ νοερὰ δύναμις πάντῃ κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε τῷ

Ad Sect. 52. (*ap. Lugd.* 44. 45. *p. Caſ.* 44. *p.*)

Ὁ μὲν μὴ εἰδὼς, ὅ,τι ἔστι κόσμος] Monente *Menag.* dedi ὅ,τι pro ὅτι, quod ceterae Edd. omnes habent: quamquam et hoc utcunque ferri poteſt, ſi κόσμος emphatice explicatur.

ὁ δὲ μὴ εἰδὼς πρὸς ὅ,τι πέφυκεν] *Caſ.* operarum, ut ipſe monuit, errore — ὅ,τι πέφυκεν, omiſſo τῷ πρός.

ὁ δὲ ἕν τι τούτων ἀπολιπὼν] *Caſ.* conjecit: ὁ δὲ ἕν τινι τούτων ἀπολιπών, aut: ᾧ δὲ ἕν τι τούτων ἀπολείπει. Neque tamen lectio vulgaris h. l. mihi ſpernenda videtur.

ὁ τὸν τῶν κροτούντων ἔπαινον * φεύγων ἡδίων ἢ οἱ οὐδ' ὅπου κ. τ. λ.] Locus haud dubie depravatus. Quum tamen incerta ſit ejus emendatio, ſatis duxi, aſteriſco appoſito lectorem de corruptela monere. *Xyl.* vertit, tanquam legiſſet: τίς οὖν σοι φαίνεται ἡδίων ἢ ὁ τὸν τῶν κρατούντων ἔπαινον φεύγων ἢ οἱ οὐδ' ὅπου κ. τ. λ. — *Gatak.* corrigendum pronunciavit, aut: ὁ τὸν τῶν κροτ. ἔπαινον ἢ εὐφημίαν διώκων, οἱ κ. τ. λ., aut: ὁ τῶν κροτούντων ἢ ψόγον φεύγων, ἢ ἔπαινον διώκων. (Ceterum idem falſo *Lugdun.* lectionem ἢ διώκων tribuit.) *Caſ.* ſcribendum putabat: τῶν κροτ. ἔπ. φεύγων ἢ διώκων, ita ut ψόγον elegantiori βραχυλογίᾳ ſubintelligeretur. coll. I. ad *Corinth.* IV, 5. — *Reisk.* ad h. l. ita: „Confuſa hic error et emendatio librarii. Librarius per errorem

52. Qui, quid mundus ſit, neſcit, et ubi ipſe ſit, neſcit: qui vero, ad quid natus ſit, neſcit, nec quis ipſe, nec quid mundus ſit, novit: qui in horum alterutro deficit, nec ad quid natus ſit, dicere poteſt. Quis igitur tibi videtur, qui eorum hominum plauſum captat, qui nec ubi ſint nec qui ſint ipſi, norunt?

53. Cupisne laudari ab homine, qui intra unius horae ſpatium ter ſe ipſe exſecratur? Studesne placere ei, qui nec ſibi ipſe placet? Num vero ſibi placet, quem omnium fere, quae ipſe facit, poenitet?

54. In poſterum non tantum cum aëre ambiente conſpirare te oportet, ſed etiam cum mente, quae omnia amplectitur, conſentire: non minus enim vis illa intellectualis

rem ſcripſerat φεύγων, cum debuiſſet διώκων: nolebat tamen Codicem litura deturpare: ſubjiciebat igitur ἢ διώκων. Inde natum geminum vitium ſic emendandum, ut legatur: ἔπαινον διώκων, οἳ — caeteris deletis. Saepe ἢ nota eſt correctoris, ſignificans, priorem dictionem vitioſe fuiſſe exaratam, et ſic emendandum eſſe, ut ſequitur.„ — Hanc quidem emendationem, ut quae maximam habet veritatis ſpeciem, in Verſione ſecutus ſum.

Ad Sect. 53. (*ap. Lugd.* 45. *p. Caſ.* 44. *p.*)

ὃς οὐκ ἀρέσκει ἑαυτῷ;] *Xyl.* 1. operarum errore: ἀρέσνευ. *(ſic.)*

ἀρέσκει ἑαυτῷ, ὁ μετανοῶν ἐφ' ἅπασι] Haec omnia in *Vatic. A.* non leguntur, mendoſe. Caeterum cum *Reisk.* malim ἀρέσκει γὰρ (ſcilicet) ἑαυτῷ κ. τ. λ.;

Ad Sect. 54. (*ap. Lugd.* 46. *Caſ.* 45.)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vat.* 3. 5., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

ἀλλὰ ἤδη συμφρονεῖν -] *Pariſ.* ἀλλ' ἤδη — et *Vatic.* 3. mendoſe: σωφρωνεῖν.

οὐ γὰρ ἧττον ἡ νοερὰ δύναμις κ. τ. λ.] *Xyl.* 1. et *Arg.* — ἧττον ἢ τῷ νοερὰ κ. τ. λ. — habent, atque τῷ illud alieno loco intruſum ante σπάσαι poſtea omittunt. *Vatic. A.* et *Med.* 1. 2. 3. et 4., *Pariſ.* et *Guelf.* cum reliquis Edd. — ἡ νοερὰ — recte.

πάντη κέχυται καὶ διαπεφοίτηκε κ. τ. λ.] Mire variant h. l. MSS. *Vat. A.* pro διά-

τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ, ἥπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ.

νε'. Γενικῶς μὲν, ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον. ἡ δὲ κατὰ μέρος, οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον. μόνῳ δὲ βλαβερά ἐστι τούτῳ, ᾧ ἐπιτέτραπται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, ὁπόταν πρῶτος οὕτως θελήσῃ.

νς'. Τῷ ἐμῷ προαιρετικῷ τὸ τοῦ πλησίον προαιρετικὸν ἐπίσης ἀδιάφορόν ἐστιν, ὡς καὶ τὸ πνευμάτιον αὐτοῦ, καὶ τὸ σαρκίδιον. καὶ γὰρ εἰ ὅτι μάλιστα ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόναμεν, ὅμως τὰ ἡγεμονικὰ ἡμῶν ἕκαστον τὴν ἰδίαν κυρίαν ἔχει· ἐπεί τοι ἔμελλεν ἡ τοῦ πλησίον κακία ἐμοῦ κακὸν εἶναι· ὅπερ οὐκ ἔδοξε τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ἧ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν.

νζ'. Ὁ

διαπεφοίτηκε vitiose διαπεφύτηκε. *Med.* 2. et 3.: — πάντη πέφυκε *(sic)* καὶ διαπεφοίτηκε. *Paris.* πάντη πέφυκε τῷ σπάσαι δυναμ.

τῷ σπᾶσαι δυναμένῳ, ἥπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ] *Vat.* 3. — τῷ σπᾶσαι βουλομένῳ, ἥπερ ἀερόδης (sic) κ. τ. λ. — *Med.* 3. — ἀερώδης τῷ σπᾶσαι καὶ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ. — Caeterum ex legibus Grammatices postulari videtur, ut cum *Reisk.* τῶν σπᾶσαι δυναμένων et τῶν ἀναπνεῦσαι δυναμένων legamus, nisi quis τοῦ σπ. δυναμένου et τοῦ ἀναπν. δυναμένου malit. Διάφοιτάω enim vix cum dandi casu construi potest.

Ad Sect. 55. (*ap. Lugd.* 47. *Cas.* 46.)

ᾧ ἐπιτέτραπται κ. τ. λ.] Recte habet, nec opus est emendatione *Menagii* ἐπιτέθραπται.

ὁπόταν πρῶτος οὕτως θελήσῃ.] Placet *Reisk.* emendatio: ὁπόταν πρῶτον αὐτὸς θελήσῃ, *quamprimum ipse voluerit.* Nolim tamen talia contra Codd. auctoritatem textui inferri.

Ad Sect. 56. (*ap. Lugd.* 48. *Cas.* 47.)

Hanc Sectionem servarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4., *Med.-Florent.* 1. 2. 3. 4., *Paris.* et *Guelf.*

ὡς καὶ τὸ πνευμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ σαρκίδιον.] καὶ post ὡς ignorant omnes Mspti, qui Excerpta ex *Antonino* servarunt, praeter *Guelf.* — Sequens τὸ in τὶ depravavit *Vatic.* 2. — et πνευμάτιον in

lis ubique funditur et ea permeat, qui eam poſſunt adtrahere, quam aërea illa, quae reſpirare poſſunt.

55. In univerſum vitioſitas mundo non nocet: in ſpecie non laedit alterum, ſed ei ſoli nocet, cui conceſſum eſt, quamprimum voluerit, illa liberari.

56. Arbitrio meo pariter indifferens eſt alterius arbitrium, ac animula ejus vel caruncula: etiamſi enim quam maxime alter alterius cauſſa nati ſumus, tamen mentium noſtrarum cuilibet peculiaris ſua conſtat poteſtas: alioquin profecto alterius vitioſitas mihi malum foret, quod Deo non viſum eſt, ne in alterius eſſet poteſtate, me miſerum reddere.

57. Sol

in πνευμάτων *Vat.* 3. — αὐτου rurſus omnes ignorant. — Ed. *Gatak.* operarum errore: — πνευμάτων.

καὶ γὰρ εἰ ὅτι μάλιστα κ. τ. λ.] *Pariſ.* corrupte: — εἰ ἔτι μάλιστα. —

ἀλλήλων ἕνεκεν γεγόαμεν, ὅμως τὰ] Haec verba a *Vat. A.* abſunt. — *Vatic.* 3. — ὅμως τὴν τὰ ἡγεμονικὰ κ. τ. λ.

τὰ ἡγεμονικὰ ἡμῶν ἕκαστου τὴν ἰδίαν κυρίαν ἔχει·] *Reisk.* emend.: — ἑκάστων. At vulgaris bene defendi poteſt. τὰ ἡγεμονικὰ ἕκαστον per Anacoluthon ſcripſit pro ἕκαστον τῶν ἡγεμονικῶν. — Caeterum κυρείαν habent *Med.* 1. 2. 3.

ἐπεί τοι ἔμελλεν ἡ τοῦ πλησίον κ. τ. λ.] Pro ἐπεί τοι *Vat.* 2. ἐπεὶ ἔτι —. *Med.* 1. 2. 3. 4. cum *Pariſ.* et *Guelf.* ἐπεί τί: quae quidem lectio mihi quam maxime arridet; atque in eam jam *Reiskius* incidit, qui ad h. l. haec adnotavit: „ἐπεὶ τί; ἔμελλεν — εἶναι; quid enim? ſc. οἴει vel ἐστὶ; quid enim tibi videtur? oportebatne alterius malitiam mihi in malum cedere?„ — Neque tamen vulgarem ſpreverim, quae mihi commode exponi poſſe videtur: „*alioquin profecto* alterius malitia mihi in malum cederet.„ — Caeterum pro ἐμοῦ κακὸν *Med.* 4. ἐμοῦ κακία. —

τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν] *Menag.* ad h. l.: „Mſpt. Reg. (idem, quem nos *Pariſ.* vocamus) εὐτυχεῖν.„ perperam.

Ad

νζ'. Ὁ ἥλιος καταπεχύσθαι δοκεῖ, καὶ πάντῃ γε πέχυται, οὐ μὴν ἐκπέχυται. ἡ γὰρ χύσις αὕτη τάσις ἐστίν. ἀκτῖνες γοῦν αἱ αὐγαὶ αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ ἐκτείνεσθαι λέγονται. ὁποῖόν δέ τι ἐστὶν ἀκτίς, ἴδοις ἂν εἰ διά τινος στενοῦ εἰς ἐσκιασμένον οἶκον τὸ ἀΦ' ἡλίου Φῶς εἰσδυόμενον θεάσαιο· γίνεται γὰρ κατ' εὐθύ, καὶ ὥσπερ διαιρεῖται δὴ πρὸς τὸ στερέμνιον, ὅ,τι ἂν ἀπαντήσῃ, διεῖργον τὸν ἐπέκεινα ἀέρα· ἐνταῦθα δὲ ἔστη, καὶ οὐ κατώλισθεν, οὐδὲ ἔπεσε. τοιαύτην οὖν τὴν λύσιν καὶ διάχυσιν τῆς διανοίας εἶναι χρὴ, μηδαμῶς ἔκχυσιν, ἀλλὰ τάσιν, καὶ πρὸς τὰ ἀπαντῶντα κωλύματα, μὴ βίαιον μηδὲ ῥαγδαίαν τὴν ἐπέρεισιν ποιεῖσθαι· μηδὲ μὴν καταπίπτειν, ἀλλὰ ἵστασθαι, καὶ ἐπιλάμπειν τὸ δεχόμενον. αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ στερήσει τῆς αὐγῆς, τὸ μὴ παραπέμπον αὐτήν.

νή. Ὁ τὸν θάνατον Φοβούμενος, ἤτοι ἀναισθησίαν Φοβεῖται, ἢ αἴσθησιν ἑτεροίαν. ἀλλ' εἴτε οὐκέτι αἴσθησιν, οὐδὲ κακοῦ τινος αἰσθήσῃ· εἴτε ἀλλοιοτέραν αἴσθησιν κτήσῃ, ἀλλοῖον ζῷον ἔσῃ, καὶ τοῦ ζῆν οὐ παύσῃ.

νθ'. Οἱ

Ad Sect. 57. (*ap. Lugd.* 49. *Caſ.* 48.)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vatic.* 2. 3. 4. 5. 6., *Med.-Flor.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*

καὶ πάντῃ γε κέχυται] γε in *Vatic.* 2. 3., *Med.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.* non legitur. A ſyllaba ſequenti κε ſublatum videtur.

ἡ γὰρ χύσις αὕτη κ. τ. λ.] *Xyl.* 1. operarum errore: — αὕτι.

εἰς ἐσκιασμένον οἶκον κ. τ. λ.] *Xyl.* 1. vitioſe: εἰ ἐσκιασμένον οἰκ.

καὶ ὥσπερ διαιρεῖται δὴ πρὸς κ. τ. λ.] *Reiskius* emendandum putabat: καὶ ὥσπερ διερείδεται πρὸς — *et quaſi luctatur* etc. — coll. verbis ἐπέρεισιν ποιεῖσθαι. Sed, ni fallor, temere haec pronunciavit.

διεῖργον τὸν ἐπέκεινα ἀέρα] *Guelf.* διείργοντος ἐπέκεινα κ. τ. λ.

ἐν-

57. Sol diffundi videtur et ubique quidem diffunditur, non effunditur tamen: diffusio enim haec intensio est: hinc et radii ejus ἀκτῖνες ab ἐκτείνειν, extendere, dicti sunt: qualis autem sit radius, perspicere licet, ubi lumen a sole profectum per angustum [foramen] in domum tenebricosam immissum vides: recta enim procedit et ad solidum corpus, quod aërem intercipit, dividitur profecto quodammodo: ibi autem consistit et nec delabitur nec decidit. Talem igitur oportet esse mentis solutionem et diffusionem, minime effusionem, sed intentionem, nec eam oportet violento ac rapido impetu ad impedimenta quaevis obvia collidere, neque profecto decidere, sed consistere et illustrare, quod eam recipiat: privabit enim sese splendore illius, quod eam non admiserit.

58. Mortem qui timet, aut sensuum exstinctionem timet, aut alium quendam sensum. Verum, si nullum habebis sensum, neque malum senties; sin alium quendam sensum habebis, animal aliud eris, nec vivere desines.

59. Ho-

ἐνταῦθα δὲ ἔστη] *Med.* 1. 3. *Guelf.* ἐστὶ, *Paris.* ἐστὶν — corrupte.

τοιαύτην οὖν τὴν λύσιν κ. τ. λ.] χύσιν malebant *Editor Oxon.* (II.) et *Reisk.*

μηδαμῶς ἔκχυσιν] *Menag.* καὶ μηδαμῶς ἔκχ. — n. n.

μὴ βίαιον μηδὲ ἐξαγδαίαν κ. τ. λ.] *Med.* 1. 2. 4. ἐχγδαῖον. *Paris.* ἐχγδαίον.

μηδὲ μὴν καταπίπτειν] μὴν primus dedi pro μὲν cum *Med.* 2. et *Guelf.* — Mox *Paris.* ἀλλ' ἱστασθ. *Vat.* 2. post ἐπιλάμπει articulum perperam omisit. — Et *Paris.* cum *Med.* 3. in fine hujus Sectionis pro αὐτὴν habet αὐγήν.

Ad Sect. 58. *(ap. Lugd.* 50. *Cas.* 49.*)*

ἀλλ' εἴτε οὐκέτι αἴσθησιν κ. τ. λ.] *Reisk.* conjecit: ἀλλ' εἴτε οὐκέτι αἰσθήσῃ aut αἴσθησιν ἕξεις. At ex sequentibus ad αἴσθησιν subintelligi potest: κτήσῃ.

καὶ τοῦ ζῆν οὐ παύσῃ] Articulum τοῦ ante ζῆν, quem cum

νϑ'. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἕνεκεν. διδασκε οὖν, ἢ φέρε.

ξ'. Ἄλλως βέλος, ἄλλως νοῦς φέρεται· ὁ μέν τοι νοῦς, καὶ ὅταν εὐλαβῆται, καὶ ὅταν περὶ τὴν σκέψιν στρέφηται, φέρεται κατ' εὐθὺ οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον.

ξά. Εἰσιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἑκάστου· παρέχει δὲ καὶ ἑτέρῳ παντὶ εἰσιέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικόν.

cum *Gatak.* posteriores Edd. omnes omiserunt, ex *Xyl.* 1., *Arg.*. *Lugdun.*, *Cas.* et *Oxon.* restitui.

Sectio 59. (*ap. Lugdun.* 51. *Cas.* 50.)

Ad Sect. 60. (*ap. Lugd.* 52. *p. Cas.* 51.)

ὁ μέν τοι νοῦς] Articulus ὁ abest ab *Argent.* perperam.

ὅταν εὐλαβῆται] *Menag.* malebat εὐλαβεῖται. — Mox perperam στρέφεται *Gat.* et quae eam sequuntur.

φέρεται κατ' εὐθὺ οὐδὲν ἧττον, καὶ ἐπὶ τὸ προ-

MAR-

59. Homines alter alterius cauſſa nati ſunt: igitur aut doce aut fer.

60. Aliter ſagitta, aliter mens fertur: mens utique et quando et cavet et in conſiderando verſatur, recta tamen fertur non minus quam ad propoſitum.

61. In mentem alterius cujusque deſcende: ſed et in tuam deſcendere quemlibet patere.

προκείμενον.] Locus depravatus, quem varie emendare ſtuduerunt viri docti. *Gat.* φέρεται κατ' εὐθὺ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τὸ προκείμενον. — *Reisk.* οὐδὲν ἧττον βέλους ἐπὶ τὸ προκ. — An forte pro καὶ legendum ἢ?

Ad Sect. 61. (*ap. Lugd.* 52. *p. Caſ.* 52.)

Haec Sectio in *Vat. A.* non legitur.

Εἰσιέναι κ. τ. λ.] *Gatak.* malebat conjunctim cum praecedentibus καὶ εἰσιέναι πέφυκε, et deinde, ut *Caſaub.* edidit: παρέχειν. neutro opus eſt.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
Τῶν εἰς ἑαυτὸν
ΒΙΒΛΙΟΝ Θ'.

α'. Ὁ ἀδικῶν, ἀσεβεῖ. τῆς γὰρ τῶν ὅλων Φύσεως κατεσκευακυίας τὰ λογικὰ ζῶα ἕνεκεν ἀλλήλων, ὥστε ὠφελεῖν μὲν ἄλληλα κατ' ἀξίαν, βλάπτειν δὲ μηδαμῶς· ὁ τὸ βούλημα ταύτης παραβαίνων, ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς τὴν πρεσβυτάτην τῶν θεῶν. καὶ ὁ ψευδόμενος δὲ ἀσεβεῖ παρὰ τὴν αὐτὴν θεόν. ἡ γὰρ τῶν ὅλων Φύσις, ὄντων ἐστὶ Φύσις. τὰ δέ γε ὄντα πρὸς τὰ ὑπάρχοντα πάντα οἰκείως ἔχει. ἔτι δὲ καὶ ἀλήθεια αὕτη ὀνομάζεται, καὶ τῶν ἀληθῶν ἁπάντων πρώτη

Ad Librum IX.

Μάρκου Ἀντωνίνου αὐτοκράτορος τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλ. Θ'.] Titulus hujus libri, ut et caeterorum, abeſt a *Vatic. A.*

Ad Sect. 1. (*ap. Lugdun.* 1. *Caſ.* 1.)

Hanc Sectionem ſervarunt quoque *Vat.* 2. 3. 4. 5., *Med.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*, qui omnes deſinunt in his: — οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον, ὡς ἀσεβεῖ.

Ὁ ἀδικῶν, ἀσεβεῖ.] Articulus ὁ abeſt a *Vat. A.*, littera hac, conſulto, opinor, praetermiſſa, ut ornatus poſtea fingeretur, quod in pluribus librorum initiis obſervabunt lectores, qui in id intenti fuerint.

Φύσεως κατεσκευακυίας] In *Gat.* operarum errore καταςκευαστακυίας impreſſum eſt.

καὶ ὁ ψευδόμενος δὲ ἀσεβεῖ παρὰ τὴν αὐτὴν θεόν.] Haec verba, in omnibus Edd. veterioribus omiſſa, praeeunte *De Joly* in textum recipere haud dubitavi. Primum enim non ſolum *Vat. A.*, ſed et omnes Codd., qui Excerpta ſervarunt, ea agnoſcunt. Deinde iis praetermiſſis aliquid deeſſe, cuique apparebit. Tria enim ſunt, quae h. l. docet *Antoninus*:

1) *in-*

MARCI ANTONINI
IMPERATORIS
COMMENTARIORUM, QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,
LIBER NONUS.

1. Qui injuſte agit, impie agit: etenim quum omnium rerum Natura animantia ratione praedita ſui invicem gratia condiderit, ut ſibi pro cujusque dignitate mutuo proſint, minime vero noceant; is, qui hujus voluntatem transgreditur, manifeſto impie agit adverſus numinum omnium antiquiſſimum: porro qui mentitur, impie agit adverſus idem numen: rerum enim univerſarum natura eſt natura eorum, quae ſunt: at ea profecto, quae ſunt, ad omnia, quae

 rebus

1) *injuſte qui agat, etiam impium eſſe:* ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ — ἀσεβεῖ δηλονότι εἰς τὴν κ. τ. λ. 2) *mendacem impie agere:* καὶ ὁ ψευδόμενος ἀσεβεῖ — ὁ μὲν οὖν ἐκὼν ψευδόμενος ἀσεβεῖ κ. τ. λ. 3) *eum, qui voluptates ut bona ſectetur, et dolores ut mala fugiat, impie agere:* καὶ ὁ μὲν τὰς ἡδονὰς κ. τ. λ. ἀσεβεῖ — οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον, ὡς ἀσεβεῖ. Denique auctoritas *Cod. Palatini*, quo uſus eſt *Xyl.*, nobis opponi non poteſt. Apparet enim, quod jam *Mer. Caſaub.* obſervavit, ex verſione *Xyl.*, verba καὶ ὁ ψευδόμ. — θεὸν in *Cod. Palat.* fuiſſe, et operarum errore e Contextu Graeco excidiſſe. Ceterum Ed. *De-Jol.* cum omnibus Codd. *Vat.*, *Med.*, *Pariſ.* et *Guelf.* exhibet: καὶ ὁ ψευδόμενος δὲ ἀσ. περὶ τὴν αὐτὴν θεὸν — pro quo παρὰ reſcribendum putavi, quod *Mſpt. Hoeſchel.* habuiſſe teſtatur *Caſ.* et quod *Vat. A.* ſuperſcriptum τῷ περὶ habet. Sola *Med.* 1. — ἐπὶ τὴν αὐτ. θ., haud male.

ὄντων ἐστὶ φύσις] *Medic.* 1., *Vat.* 2. 4. ὄντως ἐ. φ. In *Vatic.* 4. praeterea τὸ ἐστὶ excidit. — *Reisk.* malebat τῶν ὄντως ἐ. φ.

τὰ ὑπάρχοντα πάντα οἰκείως κ. τ. λ.] πάντα omittunt *Vat. A.* et 3., *Med.* 1. 2. 3. et *Pariſ.*

ἐπὶ

πρώτη αἰτία ἐστίν. ὁ μὲν οὖν ἑκὼν ψευδόμενος ἀσεβεῖ, καθόσον ἐξαπατῶν ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἄκων, καθόσον διαφωνεῖ τῇ τῶν ὅλων Φύσει, καὶ καθόσον ἀκοσμεῖ, μαχόμενος τῇ τοῦ κόσμου Φύσει· μάχεται γὰρ ὁ ἐπὶ τἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος παρ' ἑαυτόν· ἀφορμὰς γὰρ προειλήφει παρὰ τῆς Φύσεως. ὧν ἀμελήσας οὐχ οἷός τε ἐστὶ νῦν διακρίνειν τὰ ψευδῆ ἀπὸ τῶν ἀληθῶν. καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰ διώκων, τοὺς δὲ πόνους ὡς κακὰ Φεύγων, ἀσεβεῖ. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον μέμΦεσθαι πολλάκις τῇ κοινῇ Φύσει, ὡς παρ' ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ τοῖς Φαύλοις, καὶ τοῖς σπουδαίοις· διὰ τὸ πολλάκις τοὺς μὲν Φαύλους ἐν ἡδοναῖς εἶναι, καὶ τὰ ποιητικὰ τούτων κτᾶσθαι· τοὺς δὲ σπουδαίους, πόνῳ, καὶ τοῖς ποιητικοῖς τούτου περιπίπτειν. ἔτι δὲ ὁ Φοβούμενος τοὺς πόνους, Φοβηθήσεταί ποτε καὶ τῶν ἐσομένων τι ἐν τῷ κόσμῳ· τοῦτο δὲ ἤδη ἀσεβές. ὅ, τε διώκων τὰς ἡδονάς, οὐκ ἀΦέξεται τοῦ ἀδικεῖν· τοῦτο δὲ ἐναργῶς ἀσεβές. χρὴ δὲ πρὸς ἃ ἡ κοινὴ Φύσις ἐπίσης ἔχει (οὐ γὰρ ἀμΦότερα ἂν ἐποίει, εἰ μὴ πρὸς ἀμΦότερα ἐπίσης εἶχε) πρὸς ταῦτα καὶ τοὺς τῇ Φύσει βουλομένους ἕπεσθαι ὁμογνώμονας ὄντας, ἐπίσης

ἐπὶ τἀναντία τοῖς ἀληθέσι φερόμενος] *Pariſ.* ἐπὶ τἀναντία φερόμενος τοῖς ἀληθέσι: minus commode.

οὐχ οἷός τε ἐστὶ νῦν διακρίνειν κ.τ.λ.] *Vat.* 2. 3., *Med.* 1. 2. 3. et *Pariſ.* perperam — διακρίνων exhibent.

καὶ μὴν ὁ τὰς ἡδονὰς ὡς ἀγαθὰ διώκων] Sic primus edidi pro vulgari — ὡς ἀγαθάς: quod quidem ferri poteſt. Concinnius tamen illud, quum et proxime ſequatur ὡς κακὰ: et praeterea auctoritate *Vat.* 4. 5., *Med.* 1. 2. 3., *Pariſ.* et *Guelf.* confirmatur.

ὡς παρ' ἀξίαν τι ἀπονεμούσῃ] *Med.* 1. corrupte: ἀπονεμοῦσι.

Φοβηθήσεταί ποτε καὶ τῶν ἐσομέν.] Copulativam καὶ ante τῶν ἐσομένων recepi ex *Vat.* 2. 3. 4. 5., *Med.* 1. 2. 3. 4., *Pariſ.* et *Guelf.*, quod jam

rebus inſunt, familiari ratione ſe habent: praeterea autem et veritas appellatur, et omnium, quae vera ſunt, prima eſt cauſſa: qui igitur volens mentitur, impie agit, quatenus eo, quod decipit, impie agit: qui autem nolens peccat, quatenus ab univerſi natura diſſentit et quatenus mundi ordinem turbat, naturae ejus adverſans: adverſatur enim, qui per ſe ad ea fertur, quae veris repugnant: praeſidia enim veritatis a natura acceperat, quibus neglectis jam factum eſt, ut falſa a veris non poſſit discernere: profecto et is, qui voluptates tanquam bona ſectatur et dolores tanquam mala fugit, impie agit: neceſſe eſt enim, ut qui ita adfectus eſt, ſaepe de Univerſi natura conqueratur, quaſi bonis malisque, nulla dignitatis ratione habita, aliquid tribuerit, propterea, quod mali ſaepe voluptatibus fruuntur et ea poſſident, quae voluptatem afferre poſſunt: boni contra dolore adficiuntur, et in ea incidunt, quae dolorem excitent: praeterea qui dolorem timet, et ea interdum timebit, quae in mundo futura ſunt: hoc jam impium eſt: qui voluptates ſectatur, porro ab injuſtitia non abstinebit: hoc autem aperte

jam *De Joly*, ſed tacite, fecerat. Caeterum *Med.* 4. corrupte: φοβήσεται.

ὅ,τε διώκων τὰς ἡδονὰς — ἐναργῶς ἀσεβές·] Haec omnia exciderunt librario *Med.* 3.

οὐ γὰρ ἀμφότερα ἂν ἐποίει, εἰ κ. τ. λ.] Conjunctionem δυνητικὴν ἄν ante ἐποίει recepi ex *Vat.* 2. 3. 5., *Med.* 1. 2. 4. et *Guelf.*, quam ceterae Edd. omnes ignorant. — *Med.* 3. eandem conjunctionem, ſed ante ἀμφότερα, exhibet. — Caeterum verba: οὐ γὰρ ἀμφότερα ἂν ἐποίει, εἰ μὴ πρὸς ἀμφότερα ἐπίσης a *Vat.* 4. abſunt.

εἰ μὴ πρ. ἀμφ. ἐπίσης εἶχε] Ed. *Gatak.* dat: εἴχεται. Ceterae Edd. cum omnibus Codd. εἶχε, praeter *Guelf.*, in quo ἔχει.

ὁμογνώμονας ὄντας] *Med.* 4. ὡς ὁμογνώμονας ὄντας; haud male.

ὅστις

σης διακεῖσθαι. ὅστις οὖν πρὸς πόνους, καὶ ἡδονὰς, ἢ θάνατον καὶ ζωὴν, ἢ δόξαν καὶ ἀδοξίαν, οἷς ἐπίσης ἡ τῶν ὅλων Φύσις χρῆται, αὐτὸς οὐκ ἐπίσης ἔχει, δῆλον ὡς ἀσεβεῖ. λέγω δὲ τὸ χρῆσθαι τούτοις ἐπίσης τὴν κοινὴν Φύσιν, ἀντὶ τοῦ [κατὰ τὸ] συμβαίνειν ἐπίσης κατὰ τὸ ἑξῆς γινομένοις, καὶ ἐπιγινομένοις ὁρμῇ τινι ἀρχαίᾳ τῆς προνοίας, καθ' ἣν ἀπό τινος ἀρχῆς ὥρμησεν ἐπὶ τήνδε τὴν διακόσμησιν, συλλαβοῦσά τινας λόγους τῶν ἐσομένων, καὶ δυνάμεις γονίμους ἀφορίσασα, ὑποστάσεών τε, καὶ μεταβολῶν, καὶ διαδοχῶν τοιούτων.

β'. Χαριεστέρου μὲν ἦν ἀνδρὸς ἄγευστον ψευδολογίας, καὶ πάσης ὑποκρίσεως καὶ τρυφῆς καὶ τύφου γενόμενον ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν. τὸ δ' οὖν κορεσθέντα γε τούτων ἀποπνεῦσαι, δεύτερος πλοῦς, ἢ προῃρῆσθαι προσκαθῆσθαι τῇ κακίᾳ.

ὅστις οὖν πρὸς πόνους, καὶ ἡδονὰς] *Vatic. A.* 2. 3. 4. 5., *Med.* 1. 2. 3. 4., *Paris.* et *Guelf.* ὅστ. οὖν πρ. πόνον καὶ ἡδονήν; quae quidem lectio concinnior videri possit, quum singularis numerus in caeteris sequatur.

δῆλον ὡς ἀσεβεῖ] *Guelf.* δηλονότι ὡς ἀσεβεῖ.

ἀντὶ τοῦ [κατὰ τὸ] συμβαίνειν κ. τ. λ.] Uncinis inclusi verba κατὰ τὸ, quae ex sequentibus huc in locum alienum illata videntur, quod jam *Morus* perspecte viderat. *Reisk.* malebat: ἀντὶ τοῦ τὸ καὶ τὸ συμβαίνειν κ. τ. λ.

κατὰ τὸ ἑξῆς γινομένοις καὶ ἐπιγινομένοις κ. τ. λ.] *Reisk.* putabat emendandum esse: κατὰ τὸ ἑξῆς τοῖς γινομένοις καὶ ἀπογινομένοις; qua tamen emendatione non opus esse videtur.

Ad

impium: oportet vero, ad quae communis natura ex aequo ſe habet, (nec utrumque feciſſet, niſi ad utrumque ex aequo ſe habuiſſet,) ad ea quoque ex aequo adfectum eſſe eum, qui naturam tanquam ducem ſequi et cum eadem conſentire velit. Qui igitur ad dolores et voluptates, vel ad mortem vitamque vel ad gloriam et infamiam non ex aequo adfectus eſt, quemadmodum rerum univerſarum natura ex aequo iis utitur, procul dubio impie agit. Quod autem dico, communem naturam illis ex aequo uti, ita intelligendum eſt, ea ſcilicet ex neceſſaria rerum ſerie iis, quae principali quodam providentiae conſilio, quo illa a quodam temporis initio, rationibus quibusdam [ſeminalibus] rerum futurarum conceptis, et foecundis quibusdam ſubſtantiarum, mutationum et hujus generis viciſſitudinum determinatis ad mundum condendum acceſſit, iis, inquam, et quae fiunt et quae deinceps naſcuntur, pariter in utramque partem evenire.

2. Gratius quidem foret homini, mendacii omnisque ſimulationis, luxus et faſtus inexpertum hac vita defungi: horum autem ſatietate affectum vita migrare malle, quam huic improbitati immorari, ſecunda [ut ajunt] navigatio.

Ad Sect. 2. (*ap. Lugdun.* 2. *Caſ.* 2.)

Χαριεστέρου μὲν ἦν ἀνδρὸς ἄγευστον ψευδολογίας κ. τ. λ.] „Vertit *Xyl.* (inquit *Caſ.*), quaſi ſcriptum eſſet: Χαριέστερον μὲν ἢ ἂν ἄγευστον κ. τ. λ., quae fortaſſe vera lectio.„ — Verum bene defendi poteſt vulgaris. Caeterum *Arg.* operarum errore ψευδολογίας.

δεύτερος πλοῦς, ἢ προηρῆσθαι προσκαθῆσθαι κ. τ. λ.] Sic omnes Edd., praeter *Lugd.*, in qua δεύτ. πλοῦς προηρῆσθαι, ἢ προσκαθῆσθαι legitur, quod *Gat.* praeferendum putabat. *Morus* malebat: ἢ προήρησαι; *num mavis?* — Neque tamen his Emendationibus omnino opus eſſe videtur. In priori enim membro omittitur μᾶλλον, quod ſaepiſſime ante ἢ fieri ſolet; de qua quidem ellipſi pluribus egit L. *Bos* p. 555. ſqq. ed. *Schwebel.*

λοι-

κακίᾳ. καὶ οὔπω σε οὐδὲ ἡ πεῖρα πείθει φεύγειν ἐκ τοῦ λοιμοῦ; λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας, πολλῷ γε μᾶλλον ἢπερ ἡ τοῦ περικεχυμένου τούτου πνεύματος τοιάδε τις δυσκρασία καὶ τροπή. αὕτη μὲν γὰρ ζώων λοιμὸς, καθὸ ζῶά ἐστιν· ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων, καθὸ ἄνθρωποί εἰσιν.

γ'. Μὴ καταφρόνει θανάτου, ἀλλὰ εὐαρέστει αὐτῷ, ὡς καὶ τούτου ἑνὸς ὄντος, ὧν ἡ Φύσις ἐθέλει. οἷον γάρ ἐστι τὸ νεάσαι, καὶ τὸ γηράσαι, καὶ τὸ αὐξῆσαι, καὶ τὸ ἀκμάσαι, καὶ ὀδόντας, καὶ γένειον, καὶ πολιὰς ἐνεγκεῖν, καὶ σπεῖραι, καὶ κυοφορῆσαι, καὶ ἀποκυῆσαι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ Φυσικὰ ἐνεργήματα, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσιν, τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι. τοῦτο μὲν οὖν κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι λελογισμένον, μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν· ἀλλὰ περιμένειν ὡς μίαν τῶν Φυσικῶν ἐνεργειῶν· ὡς νῦν περιμένεις, πότε ἔμβρυον ἐκ τῆς γαστρὸς τῆς γυναικός σου ἐξέλθῃ, οὕτως ἐκδέχεσθαι τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ψυχάριόν σου τοῦ ἐλύτρου τούτου ἐκπεσεῖται. εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον θέλεις, μάλιστά σε εὔκολον πρὸς τὸν θάνατον ποιήσει, ἡ ἐπίστασις ἡ ἐπὶ τὰ ὑποκείμενα, ὧν μέλλεις ἀφίστασθαι, καὶ μεθ' οἵων ἠθῶν οὐκέτι

λοιμὸς γὰρ διαφθορὰ διανοίας] *Xyl.* 1. operarum errore — διαθορά.

καθὸ ζῶά ἐστιν· ἐκείνη δὲ ἀνθρώπων.] Haec verba omnia a *Vat. A.* abſunt. Peſſime.

Ad Sect. 3. (*ap. Lugdun.* 3. *Caſ.* 3.)

καὶ τὸ ἀκμάσαι] *Arg.* operarum vitio: καὶ τὸ ἀκμάσα.

τοιοῦτο καὶ τὸ διαλυθῆναι] *Vatic. A.* τοιοῦτο καὶ τοῦτο διαλυθῆναι: perperam.

μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς κ. τ. λ.] *Reiskius* malebat: μὴ γλίσχρως: *oportet vitae non nimis anxie tenacem eſſe ſervandaeque indecenter ſtudioſum*, μηδὲ ὠστικῶς, *neque contra inconſulta moriendi cupiditate in mortem proruendum.*

εἰ

Nondumne tibi ne experientia quidem ſuadet, ut peſtem fugias? peſtis enim mentis corruptio eaque longe perniciosior, quam aëris quaedam intemperies et immutatio. Haec enim animalibus peſtis eſt, quatenus ſunt animalia; illa hominum, quatenus homines ſunt.

3. Mortem noli contemnere, ſed animo lubenti eam excipe, tanquam unum eorum, quae natura vult: cujusmodi enim generis eſt, in pueritia eſſe, ſeneſcere, adoleſcere, vigere, dentire, barbatum eſſe, ſeneſcere, liberos creare, praegnantem eſſe, parere, aliaque, quae natura efficit, et vitae aetates ſecum adferunt, ejusmodi etiam eſt diſſolvi. Hominis igitur omnia conſiderantis eſt, neque negligenter, neque violenter, neque faſtuoſe erga mortem ſe gerere, ſed eam tanquam unam ex naturae actionibus exſpectare: quemadmodum nunc exſpectas, quando foetus uxoris tuae utero prodeat, ita et hora tibi exſpectanda eſt, qua animula tua ex hoc involucro excidet: ſi autem vulgare vis praeceptum, quod tamen in cor penetrare poſſit, quam maxime, ut mortem facile feras, efficiet, ſi conſideraveris, et quales ſint res ſubjectae, a quibus divelleris, et quales

εἰ δὲ καὶ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον θέλεις] *Suidas* ſ. v. ἀψικάρδιος — παράπληγμα — ſ. v. παράπηγμα autem rurſus παράπηγμα. En autem ipſius verba: „Ἀψικάρδιος. Εἰ δὲ ἰδιωτικὸν παράπληγμα ἀψικάρδιον ἐθέλεις, εἰρήσεται ἂν ταχέως τῆς καρδίας ἁπτόμενον.„ — Et iterum: Παράπηγμα· κάνων· καὶ εἶδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ· Εἰ δὲ ἰδιωτικὸν παράπηγμα ἀψικάρδιον ἐθέλεις πρὸς τὸν θάνατον, εἶπω.

μηθ' οἵων ἠθῶν] *Reisk.* „f. παθῶν; neque tamen locus ſic perſanatus videtur: neque enim dicitur ἐμφύρεσθαι μετὰ τινός, ſed τινί.„ Poſſit tamen defendi τὸ μεθ' οἵων, ſi aut ἡ ἐμπεφυρμένη, quod ſequitur, cum *Caſ.* ſubſtantive ſumatur, ut ἡ εἱμαρμένη, aut pro ἐμπεφυρμένη legatur

ἔτι ἔσται ἡ ἐμπεφυρμένη. προσκόπτεσθαι μὲν γὰρ αὐτοῖς ἥκιστα δεῖ, ἀλλὰ καὶ κήδεσθαι καὶ πρᾴως φέρειν· μεμνῆσθαι μέντοι ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὁμοδογματούντων σοι ἡ ἀπαλλαγὴ ἔσται. τοῦτο γὰρ μόνον, εἴ περ ἄρα, ἀνθεῖλκεν ἂν καὶ κατεῖχεν ἐν τῷ ζῆν, εἰ συζῆν ἐφεῖτο τοῖς τὰ τοιαῦτα δόγματα περιπεποιημένοις. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅσος ὁ κόπος ἐν τῇ διαφωνίᾳ τῆς συμβιώσεως, ὥστε εἰπεῖν, θᾶττον ἔλθῃς, ὦ θάνατε, μή που καὶ αὐτὸς ἐπιλάθωμαι ἐμαυτοῦ.

δ'. Ὁ ἁμαρτάνων ἑαυτῷ ἁμαρτάνει. ὁ ἀδικῶν ἑαυτὸν κακοῖ, κακὸν ἑαυτὸν ποιῶν.

ε'. Ἀδικεῖ πολλάκις ὁ μὴ ποιῶν τι, οὐ μόνον ὁ ποιῶν τι.

ς'. Ἀρκεῖ ἡ παροῦσα ὑπόληψις καταληπτικὴ, καὶ ἡ παροῦσα πρᾶξις κοινωνικὴ, καὶ ἡ παροῦσα διάθεσις εὐαρεστικὴ πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον.

ζ'. Ἐξαλεῖψαι φαντασίαν· στῆσαι ὁρμήν· σβέσαι ὄρεξιν· ἐφ' ἑαυτῷ ἔχειν τὸ ἡγεμονικόν.

η'. Εἰς μὲν τὰ ἄλογα ζῶα, μία ψυχὴ διήρηται· εἰς δὲ τὰ λογικὰ μία νοερὰ ψυχὴ μεμέρισται. ὥσπερ καὶ μία γῆ

tur συμφυρμένη. coll. *Platon.* Phaed. ſ. 11. ed. *Fiſcher.*

ἡ ἐμπεφυρμένη] *Gatak.* ἡ ψυχὴ ἐμπεφυρμένη. — Vid. not. praeced.

πρᾴως φέρεσθαι] In *Xyl.* 1. operarum errore πρώως φ. excuſum eſt.

νῦν δὲ ὁρᾷς] *Xyl.* 1., *Argent.*, *Lugd.*, *Caſ.* et *Oxon.* νῦν δ' ὁρᾷς.

τὰ τοιαῦτα δόγματα] *Gat.* malebat: τὰ αὐτὰ δόγμ.

Ad Sect. 4. (*ap. Lugd.* 4. *p. Caſ.* 4. *p.*)

ἑαυτὸν κακοῖ] Haec verba ignorat *Vatic. A.* perperam.

Sectio 5. (*ap. Lugdun.* 4. *p. Caſ.* 4. *p.*)

Ad

mores, quibuscum non amplius conjunctus erit [animus]: quamquam enim iis offendi neutiquam te oportet, ſed curam eorum gerere eosque placide ferre, meminiſſe tamen licet, tibi ab hominibus non idem tecum ſentientibus eſſe discedendum: hoc enim ſolum, ſi tamen quid poſſet, nos retraheret et in vita retineret, ſi cum hominibus eadem ſentientibus vivere liceret: nunc autem vides, quanta moleſtia ex diſſenſu eorum, quibuscum vivitur, oriatur, ut dicere libeat: „Propere accede, o Mors, ne quando et mei ipſius obliviſcar.„

4. Qui peccat, ſibi ipſi peccat: qui injuſte agit, ſibi nocet, ſe ipſe malum reddens.

5. Saepe injuriam facit, qui nihil agit; non is modo, qui agit.

6. Si adeſt certa de rebus ſententia, et actio ſocietati humanae utilis, et animus ita adfectus, ut boni conſulat omnia, quae ab externa proficiſcuntur cauſſa, ſufficit.

7. Opiniones tolle: ſiſte animi impetum: appetitionem exſtingue: mentemque in ſui poteſtate ſerva.

8. In bruta animantia una diſtributa eſt anima: animantibus autem ratione praeditis una anima rationalis distributa

Ad Sect. 6. (ap. Lugd. 5. p. Caſ. 5. p.)

ὑπόληψις καταληπτικὴ, καὶ ἡ παροῦσα] Haec verba ob homoteleuta παροῦσα exciderunt librario *Vatic. A.*

πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὸ ἐκ τῆς αἰτίας συμβαῖνον·] Locus ſine dubio depravatus. Hinc *Gatak.* emendandum putabat aut πρὸς πᾶν τὸ παρὸν ἐκ τῆς αἰτίας συμβ., aut: πρὸς παν τὸ παρὰ τῆς αἰτ. συμβ. Malim autem cum *Caſ.* πρ. πᾶν τὸ παρὰ τὴν ἐκτὸς αἰτίαν συμβ., aut cum *Reisk.* πρ. πᾶν τὸ παρὰ τῆς ἐκτὸς αἰτίας συμβ. coll. S. 31. ab initio.

Sectio 7. (ap. Lugdun. 5. p. Caſ. 5. p.)

Ad

γῇ ἐστὶν ἁπάντων τῶν γεωδῶν, καὶ ἐνὶ Φωτὶ ὁρῶμεν, καὶ ἕνα ἀέρα ἀναπνέομεν, ὅσα ὁρατικὰ καὶ ἔμψυχα πάντα.

θ'. Ὅσα κοινοῦ τινος μετέχει, πρὸς τὸ ὁμογενὲς σπεύδει. τὸ γεῶδες πᾶν ῥέπει ἐπὶ γῆν, τὸ ὑγρὸν πᾶν σύῤῥουν, τὸ ἀερῶδες ὁμοίως· ὥστε χρήζειν τῶν διειργόντων καὶ βίας. τὸ πῦρ ἀνωφερὲς μὲν, διὰ τὸ στοιχειῶδες πῦρ· παντὶ δὲ πυρὶ ἐνταῦθα πρὸς τὸ συνεξάπτεσθαι ἕτοιμον οὕτως, ὥστε καὶ πᾶν τὸ ὑλικὸν τὸ ὀλίγῳ ξηρότερον, εὐέξαπτον εἶναι, διὰ τὸ ἔλαττον ἐγκεκρᾶσθαι αὐτῷ τὸ κωλυτικὸν πρὸς ἔξαψιν. καὶ τοίνυν πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς Φύσεως μέτοχον, πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμοίως σπεύδει, ἢ καὶ μᾶλλον. ὅσῳ γάρ ἐστι κρεῖττον παρὰ τὰ ἄλλα, τοσούτῳ καὶ πρὸς τὸ συγκιρνᾶσθαι τῷ οἰκείῳ καὶ συγχεῖσθαι ἑτοιμότερον. εὐθὺς γοῦν ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων εὑρήθη σμήνη, καὶ ἀγέλαι, καὶ νεοσσοτροφίαι, καὶ οἷον ἔρωτες. ψυχαὶ γὰρ ἤδη ἦσαν ἐνταῦθα, καὶ τὸ συναγωγὸν ἐν τῷ κρείττονι ἐπιτεινόμενον εὑρίσκετο, οἷον οὔτε ἐπὶ φυτῶν ἦν, οὔτε ἐπὶ λίθων, ἢ ξύλων. ἐπὶ δὲ τῶν λογικῶν ζώων, πολιτείαι, καὶ φιλίαι, καὶ οἶκοι, καὶ σύλλογοι, καὶ ἐν πολέμοις συνθῆκαι καὶ ἀνοχαί. ἐπὶ δὲ τῶν ἔτι κρειττόνων καὶ ἐνδιεστηκότων τρόπον τινὰ ἕνωσις ὑπέστη, οἷα ἐπὶ τῶν ἄστρων. οὕτως ἡ ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπανάβασις συμπάθειαν καὶ

Ad Sect. 8. (*ap. Lugdun.* 6. *Caſ.* 6. *p.*)

ἔμψυχα πάντα] Parum refert, utrum πάντα ad hanc, an cum *Caſ.* ad ſequentem Sectionem trahas.

Ad Sect. 9. (*ap. Lugdun.* 7. *Caſ.* 6. *p.*)

καὶ τὸ ὑγρὸν πᾶν σύῤῥουν] *Xyl.* 1. et *Lugd.* σόῤῥουν; hinc *Adnot. Lugd.* emendandum putabat ἐπὶ τὸν ῥοῦν. At *Arg.* ceteraeque recte — σύῤῥουν.

τὸ πῦρ ἀνωφερὲς] In *Xyl.* 1. operarum errore: τὸ πῦν.

πᾶν τὸ κοινῆς νοερᾶς Φύσεως μέτοχον] *Vat. A.* corrupte: πᾶν τὸ κοινονῆς μὲν νοερᾶς Φύσ. μέτοχ.

συγ-

buta eſt: quemadmodum omnium terrenorum una eſt terra, et una luce cernimus unumque aërem ſpiramus, quotquot viſus et animae participes ſumus.

